Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0001-1

Sammelband
G.O.8.b.
~~C 84. A. W. R. M.~~

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0002-6

CHRISTOPHORI CELLARII,

SMALCALDIENSIS,

# HISTORIA MEDII AEVI

A TEMPORIBVS CONSTANTINI MAGNI AD CONSTANTINOPOLIM A TVRCIS CAPTAM

DEDVCTA,

ET CVM

NOTIS PERPETVIS

AC

TABVLIS SYNOPTICIS

ITERVM EDITA.

---

*IENAE*

SVMTV IO. BIELKII, BIBLIOP.

CIↃ IↃC XCVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0003-2

# PRAEFATIO EDITIONIS PRIMAE

## CIↃ IↃC LXXXVIII.

*Duodecim anni circumacti ſunt, cum Hiſtoriæ Antiquæ breuiarium, quod anno ſuperiore vulgaueramus, ita continuauimus, vt in ſæculis ante Conſtantinum latius excurreremus, in ceteris vſque ad Conſtantinopolim captam, hiſtoriam potiſſimum Byzantinam conſectati. Illa enim præcipue tum apud animum nobis propoſita erat. Poſteaquam vero tertius iam annus eſt, ex quo Antiquam illam Hiſtoriam auctiorem plenioremque edidimus, adiectis ex continuatione tribus ſæculis Chriſtianorum, cuius conſilii rationem præfatione eiusdem Antiquæ Hiſtoriæ expoſuimus; jam viſum nobis faciendum fuit, ne continuata Medii æui Hiſtoria, cuius limites Chriſtianum in vrbe Conſtantini imperium ſtatuimus, imperfecta & mutila relinqueretur. Quantum ergo breuiarii modus poteſt concedere, vbique adiecimus tam ciuili, quam eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quæ rerum*

muta-

mutationis momenta grauiora continebant, litterariæ quoque rei rationem in ſingulis ſæculis habentes, ne ingenia ignorarentur, quæ poſterior ætas tulit, vtcunque pro temporibus ſuis exculta. Tabulas quoque, vt in Antiqua cœptum erat, in conſpectum ſubiecimus, vt illi quoque principes cognoſcerentur, quorum res obſcuriores erant, quam vt in ſerie artatæ hiſtoriæ ſinguli potuiſſent collocari, quamquam nec hos in Notis ſemper intactos reliquimus, quas non fidei tantum cauſſa, ex auctoritate proximi cuiusque ſcriptoris faciendæ, addidimus, ſed vt ſæpe etiam ſupplementa eſſent earum rerum, quas ſuſcepti ſtili noſtri brevitas non capiebat. Pontificum res in tantum attigimus, quantum neceſſarium iis hiſtoriis erat, quæ ab illorum nutu inſignem quandam mutationem vel in eccleſia, vel ciuili republica habuerunt: ceteras in aliud tempus & otium reſeruamus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0006-9

# HISTORIA MEDII AEVI SAECVLO CHRISTIANO IV.

Diocletiano & Herculeo ad [a] priuatam vitam abeuntibus, Maximianus GALERIVS, cognomento [b] Armentarius, & CONSTANTIVS [c] Chlorus, ex

A cæſa-

a Non tam propter *ingraueſcens æuum*, vt Eutropius 9. 16. ait, quam propter morbum & animi impotentiam ſe Diocletianus abdicavit, cum *certis horis inſaniret, certis reſipiſceret*. Lactant. de Mort. Perſec. cap. 17.

b quia *ortus parentibus agrariis, paſtor armentorum* fuerat. Epit. Victor. c. 57.

c ὁ Χλωρὸς διὰ τὴν ὠχρότητα, *Chlorus a pallore* dictus, Zonar. lib. 12. c. 31. Erat autem Conſtantius non Claudii auguſti nepos, vt Eutropius refert 9. 14. & in Chron. Euſebius; ſed Criſpi fratris ex filia Claudia, quæ Flauio Eutropio, patri Conſtantii,

cæſaribus auguſti facti, ita Romanum orbem [a] diuiſerunt, vt Conſtantius quæ trans Alpes ſunt cum Italia & Africa; Galerius quidquid inde ad orientem ſolem eſt, poſſideret. Conſtantius autem, contentus [b] transalpinis prouinciis, cetera cuncta Galerio conceſſit, qui duos cæſares creauit, SEVERVM & MAXIMINVM [c] Dazam, ſororis filium, vt iſte Italiæ; hic Orienti præeſſet, ipſe enim in [d] Illyrico, Thracia & Bithynia commorabatur. Conſtantio in

tii, gentis Dardanæ nobiliſſimo viro, nupſerat, *Treb. Poll. in Claud. c. 13.* Antequam cæſar fieret Conſtantius, præſidem egit Dalmatiæ, *Vopiſc. in Carino.*

*a* Vide Eutrop. lib. 10. ineunte

*b* Idem Eutropius c. l.

*c* *Daza* in Epit. Victoris, ſiue *Daia* apud Lactantium, priuati; *Maximinus* nomen cæſaris eſt. Homo cetera *ſemibarbarus, ſublatus nuper a pecoribus & ſiluis, ſtatim ſcutarius, continuo protector, mox tribunus, poſtridie cæſar.* Lactant. c. l. cap. 19.

*d* Vide Eutrop. 10. 2. & Excerpta de Conſtan-

in [a] Britanniis mortuo filius CONSTANTINVS, ex [b] Helena procreatus, [c] ſucceſſerat, cum prætoriani [d] Romæ MAXENTIVM, Herculei filium, auguſtum nuncuparent, & ipſe pater, priuatæ vitæ pertæſus, honores filio eripere conaretur, ſed [e] eluſus ab exercitu in Gal-

 liam

ſtantino, Valeſii Ammiano adiecta. Regia enim ſedes Galerii cæſaris erat Sirmii; auguſti, ibidem aut Nicodemiæ.

a Eboraci, quod addit Eutropius 10. 2. 6. anno Chriſti CCCVI; ex quo cæſar factus, XV; ex quo auguſtus, II. *Valeſ. Chron.*

b Helenam Zoſimus 2. 8. 2. concubinam vocat, οὐ κατὰ νόμον συνελθοῦσαν: Eutropius autem 9. 14. 3 *vxorem*, priuati puta Conſtantii, quam cæſar, cogente Diocletiano, repudiauerat. Filius imperator matri nomen & honorem *auguſtæ* dedit, vt in nummo & Neapolitana inſcriptione eſt. Adi Patinum & Gruterum.

c legitime electus patris Conſtantii κρίσει καὶ τῶν στρατοπέδων ἁπάντων τῇ ψήφῳ. Iulian. orat. I. p. 13.

d in villa VI millibus ab vrbe diſcreta. *Epit. Victor.*

e *Conuicia militum tulit*, Europ. 10. 2. 7.

liam profugit, genero Conſtantino [a] inſidias paraturus, ſed his quoque per filiam detectis, iuſta pœna oppreſſus fuit. Cum hæc agerentur, pridem Seuerus cæſar, a Galerio contra Maxentium miſſus, apud Rauennam [b] perierat deſertus a militibus. Galerius poſtquam LICINIVM, [c] nouum hominem, impera-

& *vrbe Roma exactus eſt*, Lactant. mort. perſ. c. 28.

*a* Bis Herculeus Conſtantino inſidiatus eſt. Primum hortatus eum, vt cum parte exercitus aduerſus barbaros iret, ipſe, reliquis militibus ſibi conciliatis, purpuram reſumſit: ſed oppreſſus fuit a Conſtantino Maſſiliæ, quam vrbem occupauerat. Deinde filiam Fauſtam ſollicitauit, vt maritum ſibi proderet, quæ, ſimulato ſcelere, vilem eunuchum ſubſtituit, in quo inſidiæ perficerentur. Sic quoque deprehenſus, poteſtate accepta liberæ mortis, laqueo gulam frangens, vitam turpiſſime finiuit. *Lactant. mort. perſ. c. 29. 30.*

*b* captus aut deditus, venis inciſis leniter mori coactus eſt, *Lactant. 26.* De loco diſſenſus. Vide *Eutrop. 10. 2. & Zoſim. 2 16.*

*c* Eutrop. 10. 3. 2.

peratorem dixerat, confeſtim [a] morbo horribili conſumtus fuit. Sequenti anno [b] bellum inter Conſtantinum & Maxentium exarſit, & hic aliquot [c] prœliis fatigatus, tandem ad Muluium pontem victus & [d] Tiberi ſubmerſus eſt. Dignum memo-



a corpore in putredinem & vermiculos cum intolerandis doloribus reſoluto, *Lactant. mort. perſ. c. 33.* Dignus exitus Chriſtianorum hoſte & perſecutore.

b Maxentius Conſtantino bellum indixerat, non hic illi. Zoſim. 2. 14. 1. προφάσεις ἀναζητεῖ τοῦ πρὸς Κωνσταντῖνον πολέμου. Lactant. c. l. cap. 43. *Bellum Conſtantino indixerat, quaſi necem patris ſui vindicaturus.*

c vt apud Veronam *Aur. Victor.*

d Iisdem inſidiis, quas hoſti locauerat, id eſt diſſolubili ponte, cum victus in vrbem feſtinaret, interceptus. *Zoſim. 2. 15. Victor. 40.* Aliter Lactantius c. 44. qui tamen in exitu conuenit, Tiberi hauſtum eſſe Maxentium. Adde Prudent. 1. adv. Symmach. v. 483.

memoria, quod ſcriptor [a] Euſebius ex ipſius imperatoris ore refert, antequam acie cum Maxentianis decerneret, crucem in cœlo adparuiſſe litteris ſignatam [b] ΤΟΥΤΩΙ ΝΙΚΑ, id eſt HOC VINCE, quo magis in chriſtiana fide, in quam pridem propendebat, præſertim eventu victoriam comprobante, confirmatus fuit. Licinius quoque Maximinum [c] æmulum ſuum, in Thracia victum

a de vita Conſtantini, lib. 1. c. 28. In ipſo prodigio conueniunt chriſtiani ſcriptores: in forma & modo eius diſcrepant, de quo conſuli Iac. Godofredus poteſt ad Philoſtorg. lib. 1. 6. Τοῖς ἀπίστοις quibus μῦθος εἶναι δοκεῖ καὶ πλάσμα, τοῖς ἡμετέροις δόγμασι κεχαρισμένον, reſpondet Gelaſius Cyzizenus Act. Concil. Niceni c. 4.

b Solus veterum Philoſtorgius tradit Ῥωμαίων φωνῇ, *latine*, IN HOC VINCE, coeuntibus in litteras ſtellis, expreſſum fuiſſe.

c Maximinus, adhuc quadriennio cæſar per orientem, ferre non potuit, vt Licinius ſibi præferretur, ex priuato nuperrime cæſar, mox auguſtus & imperator factus. Quare & ipſe, inuito Licinio, ſe pro auguſto geſſit, & cum ille nuptias Mediolani cum

ctum fugatumque adegit, vt[a] veneno ſumto, ſed inefficaci, inter horribiles cruciatus apud Tarſum exſpiraret: [b] ipſe vero poſtmodum a Conſtantino, vxoris fratre, [c] aliquoties victus, & cum [d] res nouas molire-



Conſtantia celebraret, in Thraciam irrupit, victusque a ſponſo reduce, in Ciliciam refugit. *Lactant. de mort perſ. c. 45. ſeqq.*

*a* Lactantius ibidem c. 49.

*b* Licinius ipſe. inter quem & Conſtantinum bellorum cauſſis ſatis ſint *diuerſi mores*, quibus vix triennium congruere potuerunt. Nam ſordidus Licinius, crudelis, & Chriſtianorum hoſtis. *Aur. Victor.* & *Euſeb. lib. 10 cap. pen.* Sed veram & grauiorem cauſſam tradunt, Excerpta de Conſtantini rebus, Ammiano Valeſii ſubiecta, quæ conſuli poſſunt ab harum rerum cupidis.

*c* ad Cibalim Pannoniæ: deinde ad Hadrianopolim: rurſus ad Chalcedonem, vnde Nicodemiam fugit ſeque victoris arbitrio permiſit. *Zoſim.* & *Eutrop.*

*d* Cum ſe Licinius Nicodemiæ dediſſet, pactus erat, vt priuato, ſibi Theſſalonicæ liceret viuere. Verum & ibi machinatus inſidias, barbaros contra Conſtantinum euocaturus, ab eodem interfectus eſt.

tur, Theſſalonicæ occiſus fuit, antea ſublatis, quos ille contra Conſtantinum adlegerat ſocios, [a] VALENTE cæſare & [b] MARTINIANO imperatore. Puer [c] LICINIVS, & ipſe cæſar pacificatione prima dictus, [d] Fauſtæ inſidiis vna cum CRISPO cæſare putatur periiſſe.

Sic cæſis tyrannis [e] ſolum rerum potitus eſt Conſtantinus, primus impe-

Vide quæ ex Socrate, Zonara, Cedreno ad Zoſimi 2.28. notauimus.

a Valens poſt cladem Cibalenſem cæſar dictus: ſed pace poſt inita, vt auctor turbarum, interfectus eſt *Zoſim.* 2. 19. & 20.

b Martinianus, antea magiſter officiorum, a Zoſimo 2.25. *cæſar* tantummodo vocatus, in nummis apud Freſnium Famil. Byz. p. 23. P. F. AVG. id eſt *Pius, felix, Auguſtus.* Electus a Licinio, ex Europa in Bithyniam fugiente: occiſus iſto ſe dedente ad Nicomediam. *Zoſim. c. l. & c.* 28.

c Puer viginti menſium cæſar creatus, pace facta poſt cladem Cibalenſem, *Zoſim.* 2.20.

d Eutrop. 10. 4. 6. vbi etiam de Criſpo.

e Conſtantini anno VI Maxentius; XVII (al. XIX) Licinius victus exſtinctusque fuit. *Euſeb. Chron.*

imperator, quod [a] certo conſtet, chriſtianis [b] ſacris addictus, qui [c] templis gentilium clauſis, & nouis Chriſto dedicatis chriſtianam rem inſigniter auxit, vere Magnus eccleſiæ, licet, quod [d] alii putant, non itidem publicæ rei, qui dedicata [e] Conſtantinopoli exemplum dederit diuidendi imperii & deſerendi Occidentis, & barbaros, [f] Gothis pa-



a Veteres Philippum Arabem Chriſtianum dixere, qui vero nullum profeſſionis argumentum reliquit, ſaltem nullo modo rem eccleſiæ auxit. *Hiſt. Antiq. p. 144.*

b Ita addictus a Maxentii bello chriſtianis ſacris fuit, vt pedetentim in illis proficeret, & demum ſub vitæ finem Helenopoli perfectior catechumenus fieret, & breui poſt in Nicomedienſi villa baptiſmo tingeretur. *Valeſ. in Euſeb. Vit. Conſt. 4. 61. Spanhem. Introd. Hiſt. p. 354.*

c Oroſ. 7. 28. extr. & Euſeb. Vit. Conſt. 3. 50. ſeqq.

d cum primis Zoſimus 2. 33. & 34.

e Dedicatio facta anno imperii XXIIII. qui Chriſtianorum vulgaris erat CCCXXX. *Hieronym. Chron.*

f Eutropius 10. 4. 8.

ce data, exceptiſque [a] Sarmatis, in ipſum imperium armauerit, [b] limite etiam, extractis militibus, nudato. Huius mater Helena, religioſa mulier, [c] baſilicam impoſuit monti, ex quo in cœlum Saluator adſcenderat, & alteram antro Bethlehemitico, in quo in lucem credebatur editus: etiam filius imperator ſanctiſſimum [d] ſepulcrum pari ſubſtructionum mole

a Sarmatas a ſeruis ſuis pulſos, amplius ccc millia hominum, in Thraciam & vicinas regiones excepit Conſtantinus. *Anonymus Valeſii de Geſt. Conſt.*

b Hoc quoque Zoſimus 2. 34 obiecit, quamquam, ſi verum eſt, non defuere cauſſæ Conſtantino, vel quod barbaros ita attriverat, vt nihil ab iis timeret: vel quod ad grauius bellum, Perſicum forſan, militibus indigeret.

c Euſeb. Vit. Conſt. 3. 41.

d Euſeb. ibidem cap. 29. ſeqq. & hæc ἀνάστασις & μαρτύριον fuit vocata, pertinuitque a ſepulcro ad crucis locum, immenſis porticibus producta. Vnde in Chron. Alex. p. 666 dicitur ἐκκλησία τῦ ἁγίου σταυρῦ. Vide H. Valeſii epiſtolam de hac re.

mole honorauit. Eccleſiæ vero felicitatem, quam ex optimo principe habebat, *Ariana* hæreſis, ex [a] Aegypto latius in dies ſerpens, non mediocriter interuertit, ſed huic quoque malo obuiam iuit imperatoris pietas, & [b] CCCXVIII epiſcopis Niceam Bithyniæ conuocatis priſtinam & apoſtolicam doctrinam reſtituit, ſimulque tempus celebrandi [c] paſchatis, quod controuerſum adhuc fuerat, concilii ſuffragiis definiuit. Verum ne ſic quidem ſedati



a Lib. 2. cap. 61. ſeqq de vita Conſt. Arius autem fuit presbyter apud Alexandriam.

b De numero epiſcoporum, qui Nicenæ ſynodo interfuerunt, non conuenit inter antiquos. Euſebio Vit. Conſt. 3. 8. fuere CCL; Euſtathio Antiocheno circiter CCLXX; verum conſtantior fama eſt fuiſſe CCCXVIII. Ita Athanaſius Epiſt. ad Africanos: Hilarius lib. contra Conſtantium: Hieronymus in Chron. & Gelaſius Cyzic. cap. 7. quibus proxime accedit Sozomenus 1. 17. ἀμφὶ τριακόσιοι εἴκοσι. Adde Valeſ. in Euſ. c. 1.

c Euſeb. Vit. Conſt. 3. 18.

dati motus ſunt, quin grauius erumperent, & pius Athanaſius, Alexandrinus [a] epiſcopus, calumniis oneratus in [b] Treuiros Galliæ exſulatum mitteretur. Arius vero [c] pœnitentiam ſimulans in eccleſiam reductus fuiſſet, niſi diuina vindicta [d] inteſtinorum excuſſione imperatam receptionem anteuertiſſet.

Cum ſic [e] vnum & triginta annos Con-

a In ſynodo Nicena nondum epiſcopus, ſed ἀρχιδιάκονος Alexandrinæ eccleſiæ erat, *Gelaſ. Cyzic. c. 7. extr.* ſiue διάκονος, *Sozomen. 1. 17. extr.* Poſt ſynodum Alexandro mortuo ſucceſſit in epiſcopatu. *Socrat. 1. 15. Sozom. 2. 17.*

b Socrates 1: 35. Sozom. 2. 28. extr.

c Socrates 1. 26 litteras Arii ad imperatorem, quibus catholicam fidem ſimulabat, repræſentauit. Quid? quod etiam decretis Nicenæ fidei ſubſcripſit & iureiurando ſimulatam ſententiam confirmavit, *ibid. c. 38.*

d Socrates 1: 38. Sozom: 2. 30.

e Triceſimum annum imperando exceſſiſſe, *Tricennalia*, quæ celebrauit, argumento ſunt. *Hieronym. & Chron. Alexandr. p. 667.*

Conſtantinus imperaſſet, republica nouo modo in[a] quatuor præfecturas prætorii diſtributa, nouisque [b] legibus latis, vt eccleſiæ vna conſuleretur; tandem in bellum [c] Perſicum moturus, apud [d] Nicomediam,



*p. 667.* Mortuus anno XXXI. *Eutrop.* 10. 4. *Hieronym. Chron. Socrat.* 1. *extr.* Aliis anno XXXII, vt *Aur. Victor.* 41. Annus erat Chriſtianorum CCCXXXVII.

*a* Quatuor præfectis prætorii curam imperii diſtribuit, Orientis, Macedoniæ, Italiæ ac Africæ, & Transalpinarum partium. *Zoſim.* 2. 33. quod fundamentum eſt non ſolum politicæ prouinciarum diuiſionis in Codice Theodoſiano & Notitia imperii vtriusque; verum etiam eccleſiaſticæ epiſcopatuum. Vide Pet. de Marca Diſſert. de Patriarchatu.

*b* Exempli gratia, de crucis ſupplicio tollendo, de mancipiis Iudæorum chriſtianis, de immunitatibus eccleſiarum, &c. Vid. Cod. Theod.

*c* Eutrop. 10. 4. Aur. Vict. 41. Hieronym. Chron.

*d* in villa publica, cui Achyronæ nomen erat, prope Nicodemiam. *Aurel. Vict.* & *Hieronym. Chr.*

am, poſtquam [a] baptiſmatis lauacro tinctus fuerat, beatam animam efflauit, & filiis ita [b] diuiſum imperium reliquit, vt CONSTANTINO Tranſalpinæ prouinciæ, CONSTANTIO Oriens, CONSTANTI Italia, Africa & Illyricum concederent. [c] DALMATIVS enim cæſar, Conſtantini fratre genitus, continuo

*a* quod ſuſcepturus in Iordane erat, niſi fatum præueniſſet. *Euſeb. Vit. Conſt.* 4. 62. *Socr.* 1. 39. *Sozom.* 2. 34. *Hieronym. Chron.* Ergo fabula eſt, a Silueſtro Romæ baptizatum fuiſſe.

*b* Vide epitomen Victoris.

*c* Delmatius ſiue Dalmatius (vtroque modo in nummis ſcribitur) cæſar dictus in tricennalibus Conſtantini, regendamque accepit *ripam Gothicam* ſecundum Excerpta Anonymi de geſtis Conſtantini; aut potius *Meſopotamiam* ſecundum Chron. Alexandrinum, ſiue *Armeniam nationesque circumſocias*, ſecundum epitomen Victoris c. 61. Interfectus *confeſtim* poſt patrui exceſſum, *incertum quo ſuaſore*, Aur. Vict. *Conſtantio ſinente potius, quam iubente*, Eutrop. 10. 5. 2. aut potius ἐπιβουλῇ, *inſidiis Conſtantii*, Zoſim. 2. 40.

tinuo militari factione exſtinctus eſt, ſicut poſt paullo Conſtantii iuſſu [a] HANNIBALIANVS, quem Ponti regem patruus Conſtantinus fecerat. Filium Conſtantinum, fratri [b] bellum inferentem, Conſtantis duces

a Conſtantini M. duo fratres prole felices: Fl. Dalmatius Hannibalianus filiis Dalmatio cæſare & Hannibaliano rege: & Fl. Iulius Conſtantius filiis Gallo cæſare ex vxore Galla; ac Iuliano auguſto ex Baſilina. Iuniorem Hannibalianum Conſtantinus nobiliſſimi & patricii dignitate ornatum *Zoſim. 2. 39.* tandem regem Ponticarum gentium conſtituit, data ei filia Conſtantia in matrimonium, & Cæſareæ Cappadociæ in ſedem regiam. *Anonym. Valeſii*, & *Chron. Alex. p. 668.* Ad hunc nummus pertinet, quem Sirmondus & Du Freſne laudant, inſcriptus FL. CL. HANNIBALIANO REGI. Occiſus Conſtantii iuſſu a militibus, *Zoſim 2. 40.*

b Bellum de hereditate erat & limite partium, poſtulante Conſtantino, vt Conſtans partem Italiæ vel Africæ ſibi concederet, aut noua diuiſio prouinciarum inſtitueretur. *Epit. Vict. 62. Zonar. 13. 5.*

duces apud [a] Aquileiam oppreſſerunt, atque ita respublica ad duos auguſtos reducta eſt. Dum vero Conſtantius contra Saporem, Perſarum regem, [b] male rem gerit, MAGNENTIVS, natione [c] Francus, tum duarum [d] legionum præfectus, Occidentis imperium inuadit, Conſtante apud [e] Helenam, Pyrenæo proximum caſtrum, interemto, poſtquam [f] tredecim ille annos auguſtus imperauerat: & [g] VETRANIO, magiſter militum, purpuram apud Murſam Panoniæ inferioris ſumit.

Verum

a Eutrop. 10. 5, Epit. Vict. 62.

b Tria Conſtantii bella Perſica, omnia infelicia. *Zoſim. 3. 33. 4.*

c Epit. Victoris 64. *Ortus parentibus barbaris, qui Galliam inhabitant.* Paganus religione videtur, *l. 5. C. Th. de pagan.*

d Zoſimus 2. 42. 3.

e Eutrop. 10. 5. 4. & Epit. Vict. 62.

f Diu antea cæſar, ſed XIII annis auguſtus, *Epit. Vict. & Hieronym. Chr.*

g Huius hiſtoriam Eutropius 10. 6. Zoſimus 2. 43. perſequuntur.

Verum hic ſine armis ad [a] priuatam vitam retractus: ille cruentis prœliis cum Conſtantio, fratris vltore, apud [b] Murſam & Ticinum confligit, & rebus tandem exutus [c] Lugduni mortem ſubit voluntariam, menſe imperii [d] quadrageſimo ſecundo, quem paucis poſt diebus cæſar [e] DECENTIVS, frater eius, laqueo gula fracta, in Senonibus imitatus

a quam grandæuus Pruſæ in Bithynia exegit, poſtquam purpura exutus fuerat. *Zoſim. 2. 44. extr.*

b Victus Magnentius ex Pannonia in Italiam ſe recepit, & apud Ticinum rurſus acie certauit vicitque, *Epit. Vict.* Interponit Had. Valeſius lib. 1 Hiſt. Franc. p. 30 prœlium ad Longaticum, caſtellum Alpium Iuliarum; & addit vltimum in Gallia circa Montem Seleucum.

c Epit. Victoris 63. Eutrop. 10. 7.

d Victoris Epitoma c. 63. cum qua Eutropio etiam conuenit, *imperii anno tertio, menſe ſeptimo* Magnentii dominationem finienti. 10. 7.

e Eutrop. c. l. Aurel. Victor 42, eiusque Epitoma 64.

ſtatus eſt. [a] NEPOTIANVS, Eutropia Conſtantini Maximi ſorore genitus, paullo ante; & [b] SILVANVS biennio poſt Magnentii interitum, ſcenici imperatores, intra menſem vterque, ille Romæ, hic in colonia Agrippina oppreſſus fuit.

Sic Conſtantius cuncta paternæ ditionis conſecutus, neque [c] pietate, neque [d] clementia patrem æmulatur,

a Eutrop. 10. 6. 6. Epit. Vict. 63. Nummus apud Carol. du Freſne in Famil. Byz. p. 35. FL. POP. NEPOTIANVS P. F. AVG. Oppreſſus fuit a Magnentino. *Zoſim.* 2, 43.

b Ammianus 15. 11. ſeqq. Epit. Vict. 64. Eutrop. 10. 7. 3. Fuerat magiſter militum per Galliam, Francus genere, barbaro patre genitus.

c Lege Athanaſii ad ſolitar. vit. agentes epiſtolam ſub cuius finem non veretur *antichriſtum* Conſtantium appellare ſaltim ἀντιχρίστου εἰκόνα.

d Cetera non immitis princeps: in ſolos *Homouſianos*, id eſt ab Ariana impietate abhorrentes acerbior & iniquus. Exemplum Athanaſius c. l. ed. Commel. p. 635. pro-

latur, ſed ab Arianis in [a] partes adlectus, Athanaſium, quem fratris [b] Conſtantis literis & [c] Sardicenſi con-

proponit in Hadrianopolitanis, quos capite truncauit, quod fugientes ex Sardicenſi concilio Arianos non receperant.

a Athanaſ. c. l. Sulp. Seuerus 2. 38.

b Athanaſius, relegatus a Conſtantino patre in Gallias, reſtituitur altero poſt obitum eius menſe a Conſtantino cæſare, vti ex huius ad Alexandrinos epiſtola apud Athanaſium Apolog. 11 & Socrat. 2. 3. manifeſtum eſt. Inde Euſebianorum molitionibus rurſus expulſus Romam venit ad papam Iulium, qui ipſum contra Antiocheni concilii patres longa epiſtola (vide Apolog. Athanaſii 11) defendit. Iterum Sardicenſi conſilio abſolutus, Conſtantis ad fratrem Conſtantium litteris impetrauit, vt Conſtantius tribus illum epiſtolis Aquileia, vbi tum latitabat, in ſedem priſtinam reuocaret, quas litteras eidem apologiæ inſeruit Athanaſius.

c Concilium Sardicæ in Dacia Noua conuocatum fuit a Conſtantio & Conſtante fratribus auguſtis, teſte Athanaſio principio Apolog. 11, quod contra Sulp. Seuerum notetur, qui id patri Conſtantino

concilio permotus reſtituerat, denuo in [a] exilium mittit, & [b] Sirmienſi ſynodo, qua Photinus damnatus eſt, nec non [c] Mediolanenſi, res Ariano imperite 2. 36 imputauit. In hac ſynodo a C C C circiter ex Occidente epiſcopis abſolutus fuit Athanaſius : orientales enim, Ariani omnes, ſeceſſerant ex concilio, vt ſupra prædiximus.

a Athanaſ. ad ſolit. vit. ag. Socrat. 2. 26. & Sozom. 4. 9. a quo tempore Alexandriæ & in Ægypto occulte latuit vſque ad mortem Conſtantii. *Sozom. 4, 10. & 5, 6.*

b Photinus, Sirmii epiſcopus, *ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν υἱὸν ἐδογμάτισε, Socrat. 2. 18 extr.* negans eius *γέννησίν τε καὶ ὕπαρξιν πρὸ αἰώνων. Sozomen. 4. 6.* contra quem ſynodus a Conſtantio, ibi commorante, congregata Photinum quidem damnavit, ſed fidei tres formulas, Nicenæ contrarias, græce vnam, latine duas, compoſuit. *Socrat. 2 30.*

c In Mediolanenſi concilio, qui ex oriente venerant epiſcopi, in Athanaſium acerbas ſententias dicebant, quos ceteri fere ſequebantur *ἢ δέει, ἢ ἀπάτῃ, ἢ ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων*, reclamantibus Albenſi, Vercellenſi & Treuirenſi epiſcopis cum paucis aliis. *Sozom. 4. 9. Socrat. 2. 36.*

rianas mire adiuuit, & patres [a] Ariminenſis ac [b] Seleucienſis concilii minis ac fraude ſolicitauit, vt callidæ Arianorum formæ ſubſcriberent. Etiam Arminio Ariani [c] Nicen Thraciæ profecti, confeſſione ſubdole facta, quaſi Nicena Bithynica eſſet, impoſuerunt imperitis. Sic totus [d] ingemuit orbis, & ſe Arianum eſſe miratus eſt.

Nec

a Sciſſa hæc ſynodus fuit in catholicos & Arianos: illi Nicenam confeſſionem vrgebant, hi Sirmienſem. Catholicorum legati ad imperatorem, x x numero, non admiſſi ſunt: & eiecti ſuis ſedibus, qui nollent ſubſcribere formulæ Arianæ. *Sozom. 4.17. Socrat. 2. 37. ſeqq.*

b Seleuciæ, Iſauriæ ſiue Tracheæ Ciliciæ vrbe, eodem anno, quo Arimini occidentales, congregabantur epiſcopi orientis, & quamuis plurimi Ariani erant, tamen etiam in partes ſcindebantur, præualentibus tandem Acacianis. *Socrat. 2. 39. 40.*

c Hiſtoriam hanc ſcripſere Socrates 2. 37 & Sozomenus 4. 19.

d Hieronymi verba ſunt adv. Luciferianos cap. 7. Erant autem Ariani non vnius gene-

Nec ſuis tantum motibus eccleſia ad exitium pæne adflicta fuit, ſed hoſtes quoque externi acceſſere, quippe Conſtantius auguſtus, [a] GALLO cæſare propter male facta enecato, fratrem eius [b] IVLIANVM, cæſarem dixit, qui rebus ad [c] Argentoratum præclare geſtis, & finibus impe-

generis, ſed in ſectas diuiſi, Acacianos, Aetianos & Eunomianos, ſinguli a ſuis auctoribus, Arii hæreſin alio atque alio modo explicantibus, denominati, omnes hoſtes vocis ὁμοούσιος, pro qua alii ὁμοιούσιος ſubſtituere, alii abſtinendum plane cenſebant ab οὐσίας vocabulo; peſſimi qui ἀνόμοιον Dei Filium dicebant, inde ipſi *Anomæi* appellati. Adi Epiphanium. Qui vero Athanaſio ſunt οἱ περὶ εὐσέβιον, *Euſebiani*, Euſebium Nicomodienſem, callidum tectumque Arianum, magnæque in palatio auctoritatis, ſequebantur.

a Ammianus 14. ineunte: Eutrop. 10. 7. Huic Conſtantius auguſtus orientem commiſit, ſuumque *Conſtantii* nomen addidit. *A. Victor.* & *Socrat.* 2. 28. *f.*

b Iuliani genus ſupra pag. 14 indicatum. Patruelis erat Conſtantii.

c Ammianus 16. 29. ſeq. Eutrop. 10. 7.

imperii Romani recuperatis, [a] auguſti honores in Gallia adſumſit, nec [b] adigi a Conſtantio potuit, vt ad officium & priſtinos honores rediret, quem motum [c] mors Conſtantii diremit. Hic [d] defectione ad gentium ritus grauis Chriſtianis erat [e] templa deorum aperiens, & Iudæis

*a* Ammianus 16.34. Videri quidem voluit, ſe nolle hos honores, exercitus acclamatione oblatos: nec tamen inuitus retinuit.

*b* Conſtantius datis litteris præcipit Iuliano, vt *intra cæſaris ſe poteſtatem contineret*, Ammian. 20.23 & *cæſaris poteſtatem ſufficere Iuliano cenſebat*, ibidem c. 24.

*c* Ex bello Perſico contra Iulianum copias educens moritur in itinere Conſtantius Mopſucrenis inter Ciliciam Cappadociamque anno chriſtiano CCCLXI, cum annos poſt patrem XXIIII auguſtus imperaſſet. *Hieronym. Chron.*

*d* Ammianus 21. 4. *adhærere cultui Chriſtiano fingebat, a quo iam pridem occulte deſciuerat*, a philoſophis Ædeſii ſectatoribus, quibus operam in Aſia dederat, in impias opiniones deductus. *Eunap. in Max.*

*e* Idem Ammianus 22. 7. *ſibi adeſſe ſibi liberum*

dæis permittens Hieroſolymorum instaurationem, quamuis hæc [a] igni erumpente & terræ motu fuit impedita. Chriſtianos autem non tam [b] ſuppliciis, quam [c] ereptis artium

*rum tempus faciundi, quæ vellet, advertit, ſui pectoris patefecit arcana, & planis abſolutisque decretis aperiri templa, arisque hoſtias admoueri, & reparari deorum ſtatuit cultum.*

*a* Ammianus 23. ineunte: *globi flammarum prope fundamenta crebris adſultibus erumpentes fecere locum, exuſtis aliquoties operantibus, inacceſſum.* Paullo aliter Nazianz. στηλιτ. 2. pag. 111.

*b* Eutropius 10. 8. *nimius religionis Chriſtianæ inſectator, perinde tamen, vt cruore abſtineret.* Si fuſus ſanguis, pagani & Iudæi fuderunt permittente magis Iuliano, quam imperante. *Philoſtorg. 7. 4.* adde *Godofred. p. 286.*

*c* Lege lata, τοὺς χριστιανοὺς ἑλληνικῆς παιδείας μετέχειν ἐκώλυε, Socrat. 3. 16. de qua Marcellinus, & ipſe paganus, lib. 25. 15 vere indicat, *illud inclemens, quod docere vetuit magiſtros rhetoricos & grammaticos, Chriſtianos.* Adde ipſius Iuliani epiſtolam 41 ad Iamblichum.

um officinis vexabat, [a] honorum ciuilium quoque aditu intercluſo. Si quid dediſſe Chriſtianis viſus eſt, id eo dediſſe liquido conſtat, vt [b] anteceſſori derogaret; vel ſectas [c] inter ſe committeret, quo inteſtinis ſe



a Sozomen. 5. 15. Nazianz. orat. 1. στηλιτ. pag. 94. qua cauſſa etiam Valentinianum poſtea imperatorem, Maximi philoſophi delatione, *Zoſim.* 4. 2. 3. relegatum fuiſſe Philoſtorgius 7. 7. Sozom. 6. 6. tradunt.

b Socrates 3. 11 ἔνθα διαβολή τις κατὰ Κωνσταντίου ἐγίνετο, προθυμότατα τοῖς Χριστιανοῖς τὰς αἰτήσεις παρεῖχεν. Vnde eſt, quod multis exſulibus Conſtantii, & in his Athanaſio redire licuit, qui vero mox graviore edicto rurſus eiectus, & deprecantibus Alexandrinis negatus fuit. *Iulian. epiſt.* 6. & 26. & 51.

c Ammianus 22. 7. *Diſſidentes Chriſtianorum antiſtites cum plebe diſciſſa in paluſium intromiſſos monebat, vt ciuilibus diſcordiis conſopitis quisque nullo vetante religioni ſuæ ſeruiret intrepidus.* Quod ideo egit *obſtinate, vt diſſenſiones augeret licentia.* Adde Iuliani epiſt. 31. qua Aëtium hæreſiarcham revocauit ex exilio.

ſe pugnis ac æmulationibus delerent. Sed eum euentum habuit ſive clandeſtina ſiue aperta perſecutio, quem Athanaſius fugiens prædixerat, [a] *nubeculam eſſe cito tranſituram.* Nam bello Perſico trans Tigrim circumuentus, cum vulnus ab [b] ignoto accepiſſet, [c] proxima nocte impuram animam in tabernaculo exhalauit, cum quinquennio cæſar in Galliis; a morte Conſtantii [d] nondum biennio auguſtus imperaſſet. Aiunt vulneratum, ſparſo ad cœlum ſan-

*a* Socrates 3. 14 νεφύδριόν ἐστι καὶ παρέρχεται.

*b* Calumniatur Libanius, cum Chriſtianorum inſidiis Iulianum periiſſe ſcripſit, apud *Sozomen.* 6. 1. quos ipſi milites Iuliani, a Chriſti ſacris alieni excuſant, Eutropius 10. 8. *hoſtili manu*, & Marcellinus 25. 8. *incertum* a quo percuſſus ſit, tradentes: & æqualis his Sex. Rufus c. 28. *ab hoſtium equite*, & Victor epitom. 67. *ab uno ex hoſtium & quidem fugiente.* Chriſtianorum teſtimonia, ne ſuſpecta ſint, prætermitto.

*c* Amm. Marcell. 25. 11. Epit. Vict. 67.

*d* Hieronym. Chron. & Godofredus ad Philoſtorg. 7. extr.

ſanguine, impiam vocem [a] *viciſti Galilæe*, edidiſſe, quod alii ad [b] ſolem, vt Perſarum deum referunt, quem incuſans, *ſatiare*, inclamauerit. Orbati imperatore milites IOVIANVM legunt, qui pacem cum Perſis [c] neceſſariam magis, quam Romanis dignam fecit, traditis [d] prouinciis & [e] vrbibus aliquot munitis



a Theodoret. 3. 25. νενίκηκας Γαλιλαῖε. At Zonaras lib. 13. c. 13. κορέσθητι Ναζωραῖε, *ſaturare Nazarene.*

b Philoſtorg. 7. extr. αἷμα πρὸς τὸν ἥλιον ἀπέῤῥαινε διαῤῥήδην πρὸς αὐτὸν λέγων, Κορέσθητι. Adde Sozom. 6. 2.

c Philoſtorg. lib. 8. ineunte: οὐ γὰρ ἦν ἄλλως διασωθῆναι. Adi etiam Eutropium, Marcellinum, & S. Rufum.

d Am. Marcellinus 25. 23. vocat *quinque regiones Tranſtigritanas*, quas Valeſius vult Perſarum reſpectu intelligendas eſſe, quod omnes fuerint Romanis citra Tigrigridem. *Meſopotamiæ partem* dicit Rufus c. 29. addit Zoſimus 3. 31. Ἀρμενίας τὸ πολὺ μέρος, *magnam partem Armeniæ.*

e In his Niſibis & Singara præcipuæ: in dictis autem ad Tigridem prouinciis x v caſtella. *Ammian. & Zoſim. c. l.*

tis. Tunc grandi ruina paganorum ſuperſtitio, ab Iuliano adhuc ſtabilita, corruebat. Cum enim recuſaret imperium, quod non conueniret, chriſtianum ſe[a] gentilibus imperare; omnes vna voce clamauerunt,[b] *ſe chriſtianos eſſe*. Decedens Perſia reuocatis[c] catholicis, quos Conſtantius & Iulianus proſcripſerant, &[d] bonis eccleſiæ, quæ ablata fuerant, reſtitutis, in Galatiæ finibus apud[e] Dadaſtanam diem ſuum obiit, vix octauo menſe imperii exacto. Poſt hunc VALENTINIANVS impera-

a Socrat. 3. 22. *βασιλεύειν ἀνθρώπων ἑλληνίζειν προαιρουμένων.*

b ibidem, *αὐτοὺς εἶναι χριστιανούς.* Pluribus verbis deſcribit Theodoretus *4. 1.*

c In his referunt etiam Valentinianum, poſt paullo auguſtum. *Sozom. 6. 6. Philoſtorg. 8. 5.* Quo tempore Athanaſius quoque ad eccleſiam ſuam rediit, carus in primis nouo imperatori ob puriorem doctrinam & pietatem. *Theodoret. 4. 2.*

d Philoſtorg. c. l.

e *D*adaſtana in Bithyniæ Galatiæque confinio oppidum. *Socrat. 2. 26.*

perator [a] Niceæ in Bithynia creatus, cum Conſtantinopolim veniſſet, fratrem VALENTEM adſumit regni ſocium, vt [b] Orienti præeſſet, ipſe Occidentis contentus prouinciis [c] Saxonum deinde ac Burgundionum victor in Sarmatas quoque & [d] Quados moturus, cum hoſtium legatos apud [e] Bregitionem audiret, [f] erumpente ſubito ſanguine, vitali-



*a* Philoſtorgius 8. 8. Zoſimus 3 extrem. Ammian. 30. 24.

*b* Zoſimus 4. 2. 1.

*c* Oroſius 7. 32. *Saxones in ipſis Francorum finibus oppreſſit: Burgundionum nouorum hoſtium nouum nomen.*

*d* Ammianus 30. 22 *Quadorum genere legati, pacem cum præteritorum oblitteratione ſuppliciter obſecrantes.*

*e* Oppidum Pannoniæ Superioris iuxta Danubii ripam, prope limitem Inferioris prouinciæ, Βρεγαίτιον Ptolemæo: fatale Valentiniano, *Ammian. 30. 21. Epit. Vict. 70.* Multis videtur Strigonium ſiue Graan eſſe.

*f* Sunt Marcellini verba 30. 23 ex Valeſii emendatione. Hieronymus quoque epiſt. 3. *Valentinianus vomitu ſanguinis extinctus eſt.*

que via & voce obſtructa, labi cœpit, exceptusque a miniſtris ſtatim exſpirauit, XII annorum imperator. Valens ſecundo imperii anno [a] PROCOPIVM tyrannum vincit in [b] Phrygia Salutari; mox hæreſin [c] Arianam inlapſus orthodoxos premit, etiam paganos [d] philoſophos, ſub Iuliano elatiores factos, partim ſupplicio tollit, partim multat exſilio tandem a [e] Gothis ipſe acie victus, in

a Philoſtorg. 9. 5. Zoſim. 4. 4. ſeq.

b Hieronym. chron. *Procopius, qui apud Conſtantinopolim tyrannidem inuaſerat, apud Phrygiam Salutarem exſtinctus eſt.* Ad Thyatira Lydiæ victus prœlio: ſed Nacoleæ in Salutari Phrygia captus eſt. *Zoſim.* 4. 7.

c Hieronymus ad III imperii annum: *Valens ab Eudoxio Arianorum epiſcopo baptizatus noſtros perſequitur.* Paullinus Nolanus epiſt. 29. c. 11 *Tempore Valentis eccleſiam furor Arianorum, rege ipſo impietatis ſatellite, perſequebatur.*

d In his præcipue Maximum, cariſſimum Iuliano. *Zoſim.* 4. 15. *Eunap. in Max.*

e Eutropio *Gothicus* adpellatus, quia tres ex-

exoe-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0036-5

in tugurio, quo ſaucius confugerat, igne circumiecto [a] combuſtus creditur. Valentiniano ſucceſſit filius GRATIANVS, Alamannorum ad [b] Argentariam victor, iam tum viuo parente octo annos imperii conſors & [c] auguſtæ dignitatis: a morte illius cum fratre [d] puero VALENTINI-



peditiones in Gothos, Procopii tyranni quondam ſocios, ſed omnes infructuoſas fecerat. *Ammian. 27. 7. ſeqq.* quarta tandem occubuit. *Idem 31, 38. ſeqq.*

a Variæ de Valentis morte ſententiæ. Sunt, qui acie cecidiſſe, alii palude hauſtum eſſe tradiderunt, alii denique caſæ incendio periiſſe. Cauſſa diſſenſus, quod *nec poſtea repertus eſt vſquam.* Ammian. c. l.

b Andr. Schotto in Victoris Epit. 72 eſt oppidum Galliæ *Argenton* in agro Lemouicum: at Valeſio ad Ammian. 31. 27 vrbs primæ Germaniæ in Triboccis, non quidem *Colmar*, vt Cluuerius interpretatur, ſed *Arburg*, cuius parietinæ viſuntur; Hieronymus ſcribit *Argentuarium.*

c non cæſar, ſed auguſtus creatus apud Ambianos. *Ammian. 27. 13. Hieronym. chron.*

d qradrimus erat Valentinianus iunior, cum fratre apud Treuiros abſente, auguſtus in caſtris

TINIANO II rector Occidentis. defuncto autem Valente THEODOSIVM [a] collegam præfecit Orienti, qui [b] barbaris ex Thracia eiectis, [c] MAXIMVM, Gratiani interfectorem, debellauit ad [d] Aquileiam, eiusque filium [e] VICTOREM, & ipſum

caſtris adpellaretur ſexto poſt obitum parentis die. *Ammian. 30. extrem.*

a Theodoſius, Theodoſii magiſtri militum filius, genere Hiſpanus, a Gratiano apud Sirmium creatur imperator, & præficitur orienti. *Pacatus Panegyr. & Epit. Vict.*

b Gothis, Taifalis, aliis, a Valente receptis. *Zoſim. 4. 25.*

c Magnus Maximus, qui Gratianum in Pariſiis victum, circa Lugdunum interfecerat, ſe quinquennium pro auguſto geſſit. Sulp. Severo Vit. Mart. c. 20. *imperator* dictus, & in nummo apud Patinum D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG. Adde Zoſim. 4. 35. Gratianus VIII annos cum patre: totidem poſt mortem illius imperauerat.

d Idem Zoſim. 4. 46.

e Epit. Vict. 74 *intra infantiæ annos a Maximo patre auguſtus factus*. Nummos Patini D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.

ipſum imperii participem, in Galliis, vbi relictus a patre fuerat, interfecit. Valentiniano quoque II apud Viennam occiſo [a] ſuorum fraude, [b] mirandaque ope ſuperato [c] EVGENIO, qui



a Arbogaſtis maxime, magiſtri militum, qui Eugenium, ipſe ſibi diffiſus & ſuo generi, in auguſtum faſtigium euexit. *Zoſim.* 4.53. *ſeq. Philoſtorg.* 11. 1. *Auguſtin. C. D.* 5. 26.

b Commiſſum prœlium cum Eugenio ſub Alpibus Iuliis Aquileiam verſus, ad flumen frigidum vbi orando magis, quam feriendo pugnauit Theodoſius, *Auguſtin. C. D.* 5. 26. Miraculum etiam Claudianus, quamlibet paganus homo, fatetur III Conſ. Hon. v. 93.

*--- gelidis aquilo de monte procellis*
*Obruit aduerſus acies, reuolutaque tela*
*Vertit in auctores, & turbine reppulit haſtas.*
*O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris*
*Æolus armatas hiemes, cui militat æther.*

Pugnatum VIII idus Septembres. *Socrat.* 5. 25.

c Eugenius ex profeſſore rhetorices magiſter ſcriniorum & tandem imperator, *Zoſim.*

in illius locum ſucceſſerat; Occidente etiam potitur Theodoſius, quamquam frui illo non potuit, [a] quinto poſt victoriam menſe Mediolani exſtinctus: princeps felix atque pius adeo, vt ſacris ab [b] Ambroſio excluſus, cum grauior in [c] Theſſalonicenſes fuiſſet, [d] æquo ani-

*ſim.* 4. 54. *Socrat.* 5. 25. In inſcriptione Romana conſules notantur THEODOSIVS III ET EVG. P.N. quod Sirmondus interpretatur *Eugenius princeps noſter* ad Sidonii paneg. Auito dictum pag. 127. Periit tyrannidis menſe IIII ſupra biennium.

a Victus Eugenius VIII idus Septembres: mortuus Theodoſius XVI Kal. Februarias, anno imperii XVI; chriſtianæ æræ CCCXCV. *Socrat.* 5. 25. 26

b Templo prohibitus eccleſiæ Mediolanenſis, cuius Ambroſius epiſcopus fuit. Factum eſt chriſtiano anno CCCLXXXIX.

c Theſſalonicenſes magiſtrum militum per Illyricum, tumultu occiderant, quod captiuum aurigam, quo in ludis vſuri erant, noluiſſet ſoluere. *Socrat.* 5. 25.

d Vide Socratem c. l. & Auguſtinum Civ. Dei 5. 26 Agnouit enim atrocitatem, ex ira

animo eccleſiæ leges & epiſcopi diſciplinam perferret. Pacatam rempublicam filiis ARCADIO & HONORIO, iam tum viuo patre [a] auguſtis reliquit, qui ita demum diuiſam tenent, vt [b] nunquam rurſus coaluerit. Horum enim [c] pueritia &



iſa præcipiti ortam, ideoque legem tulit, vt xxx dies inter ſeueriorem damnationem & ſupplicium intercedant, quæ lex eſt *Si vindicari in aliquos ſeuerius*, in vtroque Codice, ut Iac. Godofredus contra vulgatam ſubſcriptionem probavit ad Cod. Theod. Tom. 3. p. 306.

a Quinto patris anno Arcadius auguſtus adpellatus: Honorius poſt defectionem Eugenii & Arbogaſtis. *Socrat.* 5. 10. & 25.

b Diuiſiones Diocletiani coaluerunt in Conſtantino: Valentini & Valentis poſt xxx annos in Theodoſio. Ab huius morte Oriens cum Occidente nunquam coniungi potuit.

c Patre moriente Arcadius annum xvII; Honorius xI agebat: vterque mire ſtupidus, & miniſtrorum ſeruus. Zoſimus 5. 12 de Eutropio; *κυριεύων Ἀρκαδίου καθάπερ βοσκήματος.*

perfidia [a] tutorum euenit, vt [b] barba-baræ gentes Romanum imperium, lacerarent, quædam etiam ſedem in illo ſibi figerent, nec Italia aut ipſa Roma immunis eſſet a vexatione, vt ſequenti ſæculo oſtendemus.

Eccleſiæ ſtatum ſub Conſtantino & filiis expoſuimus: addo turbas [c] *Donatiſtarum* in Africa, perſimiles Nouatianorum ſuperbiæ. Theo-do-

*a* Hi erant in Occidente Stilico: in Oriente Ruſinus, & eo ſublato Eutropius *Zoſim.*

*b* Gothi, Vandali, Hunni, Franci, alii, quos enumerat Hieronymus epiſt. 3. & 11.

*c* Donatus Caſis Nigris in Numidia episcopus cum factione ſua Cæcilianum, Carthaginenſem epiſcopum, quaſi indignum ſacerdotio, deturbauit, nec Conſtantinus conuocatis Romæ & Arelati conciliis ſchiſma potuit componere. Inceſſit factionem opinio ſanctitatis & perfectionis, in ſola Africa apud Donatiſtas eſſe eccleſiam, ideoque catholicos rebaptizandos. Adi præter Optati & Auguſtini opera Henr. Valeſii diſſert. de Schiſmate Dona-

doſio imperante concilium [a] Conſtantinopoli congregatum, Nicena fide confirmata, [b] Macedonium πνευματομάχον condemnauit, [c] Symbolo adiectis verbis, quæ illam hæreſin confutarent. [d] Ariani etiam, qui creuerant ſub imperio Valentis, a principe recte ſentiente in anguſtias cogebantur. Habuit enim poſt Athanaſium egregios alios doctores ecceſia, [e] Hilarium, [f] Baſilium



*a* Oecumenicum II, anno Theodoſii II, natalis Dominici CCCLXXX. patribus conuocatis CLXXX.

*b* Macedonius epiſcopus, Conſtantinopolitanus, Spiritum S. διάκονον καὶ ὑπηρέτην dixit. *Sozom.* 4.27. Eiectus ſucceſſorem habuit Eudoxium, Arianorum principem. *ibidem* cap.26.

*c* Quæ Apoſtolico Symbolo de Spiritu S. adiecta verba ſunt, non in Nicena ſed Conſtantinopolitana ſynodo ſunt addita.

*d* Socrat. 5.10. Sozomen. 7.14. & 27.

*e* Hilarius, Pictauienſis epiſcopus adſertor Nicenæ fidei in Occidente ſub Conſtantio & Iuliano. *Socrat.* 3.10. *Sozom.* 5.13.

*f* Baſilius, cognomine Magnus, Cæſareæ in Cappadocia epiſcopus, frater Gregorii, Nyſſeni in eadem Cappadocia epiſcopi.

um,[a] Cyrillum,[b] Epiphanium, Nyſſenum & Nazianzenum Gregorios, & vergente ſæculo [c] Ambroſium, [d] Ioannem Chryſoſtomum, [e] Hieronymum, ac florere incipientem Auguſtinum. Huc quoque papatus quædam pertinent initia, [f] Siricio Pontifice ſacerdotum coniugium damnan-

*a* Cyrillus antiſtes Hieroſolymitanus, ab Acacianis depoſitus; rurſus in eccleſiam reſtitutus. *Sozom. 4 25.*

*b* Epiphanius Conſtantiæ in Cypro, quæ civitas Salamis eſt, epiſcopus, ebraice etiam, ſupra temporum ſuorum conſuetudinem, doctus.

*c* de Ambroſio, Mediolanenſi præſule, ſupra dictum pag. 33

*d* Ioannes Conſtantinopolitanus præſul, propter eloquentiam dictus χρυσόστομος, ab Eudoxia auguſta, Arcadii vxore, quam liberius pro concione caſtigauerat, ſemel iterumque expulſus. *Zoſim. 5. 23.*

*e* Senectutem Bethlehemi peregit, vbi moritur anno ætatis XCI, Chriſtianorum CCCCXX *Proſper chron.*

*f* Epiſtola ad Himerium. vide Chamieri Panſtr. Tom. 3. lib. 16. c. 14.

damnante, a [a] Paphnutio in Nicena ſynodo fortiſſime defenſum: acceſſit Hieronymi ſuffragium, optimi cetera doctoris, ſed in cælibatus laude nimii & vehementis. Honor, etiam reliquiis martyrum non indigne habitus, ſenſim in cultum & venerationem proceſſit: & panegyricis [b] orationibus Nyſſeni, Baſilii, Nazianzeni & æqualium prima quaſi via ad Sanctorum invocationem parata fuit, dum quod illi fecerant eloquentiæ ſtudio, imperitis errandi fuit occaſio.

SAE-

a Socrat. l. 11. Sozomen. l. 23. Gelaſius Nic. Syn. lib. 2. c. 33. Socratem, vt antiquiorem ceteris, contra multorum in hac cauſſa calumnias tuetur Chamier c. l. cap. 10.

c Crebra nempe ad defunctos facta apoſtrophe, oratoria figura, quanquam ſæpe ſub conditione dixerunt εἰ τις σοι λόγος, *ſi quis ſenſus tibi & cognitio rerum humanarum eſt*, aut ſimili modo. Adi Spanhem. Hiſt. eccl. p. 388.

# SAECVLVM V CHRISTIANORVM.

MOrtuo Theodoſio ARCADIVS, Orienti imperans, ægre prouincias contra barbaros defendit, [a] Chryſoſtomum in exſilium pellit, reſtituit, iterum expellit: HONORIVS Occidenti præeſt infelix imperator, ſiquidem eo regnante, aut potius ſocero [b] Stilicone, [c] Gothi non ſolam Pannoniam, vt antea factum erat, aut [d] Græciam etiam

a De Chryſoſtomi exſilio, eiusque cauſſa prædiximus pag. præced.

b Stilico magiſter militiæ ſub Theodoſio, eoque mortuo tutor & rector Honorii; poſtea etiam bis ſocer, vtraque filia, Maria primum, & poſt mortem eius Thermantia, immaturis quamquam nuptiis, imperatori iuncta, vrgente has nuptias Serena, Stiliconis vxore, Honorii, qui frater Theodoſii M. erat, filia. *Zoſim. 5. 28*

c Viſigothi ſiue VVeſtrogothi, iam tum in patria ſua ab Oſtrogothis diſtincti. *Grot. in Vandal. Prolegom. p. 44.*

d Zoſimus 5. 6. Athenas religione contra Alaricum defenſas eſſe, Minerua propugnan-

etiam, quæ ad Arcadii regnum pertinebat, ſed ipſam quoque Italiam [a] *Alarico* duce vaſtant, [b] Romam capiunt, [c] ATTALVM imperatorem imponunt, quem ipſi mox deiiciunt, Honorio interea Rauennæ latitante: hinc Galliam inuadunt, Van-

te, prodidit, quod falſum eſſe ad eundem locum notauimus.

a Alaricus, ſocius Theodoſii Magni in bello contra Eugenium, ægre ferens nullos ſibi a filiis honores haberi, negarique expetitam pro ſuis ſedem ac ſtipendium; vtriusque regionem ferro ignique vaſtauit, inſtigatus ab Rufino, & vt plures, cenſent, etiam a Stilicone, illo ſibi, hoc filio ſuo ex his turbis regnum paraturo. *Zoſim.* 5, 5. & 7. *Oroſ.* 38

b Bis Alaricus obſedit Romam: tandem portu capto frumentoque auerſo ad deditionem adegit. *Zoſim.* 5.39. & *lib.* 6. 6.

c Attalus fuerat præfectus vrbis, ὕπαρχος τῆς πόλεως, *Zoſim.* 6.7. quem laudat Symmachus *lib.* 7. *ep.* 54. & 113. fit imperator anno chriſtiano CCCCIX. Deiectus ſolio apud Alaricum eiusque ſucceſſorem manet in Galliis, a cuius morte traditus Honorio, in inſulam Liparam, digitis duobus amputatis, relegatur. *Philoſt. org.* 12. 5.

[a] Vandali cum Alanis Hiſpaniam occupant, vt nunc demum Romanum imperium, quod ſemper amiſſa recuperauerat, barbarorum præda fieret, & in dies minueretur. Accedebant interna mala defectiones ducum, qui purpuram ſibi ſumſerunt, [b] CONSTANTINI cum filio [c] CONSTANTE, quem cæſarem dixerat, [d] IOVINI & SEBASTIANI fratrum & [e] aliorum, quamquam ſinguli, ſuperſtite Honorio, vel ab Romanis oppreſſi, vel a ſuis necati ſunt. Arcadio

*a* Procopius Vandal. lib. 1. c. 3.

*b* Zoſimus 6.2. & ſeq. Tenuit autem Transalpinas prouincias, quemadmodum etiam, qui ſequuntur, tyranni.

*c* Hiſpaniæ præfuit cæſar, *Zoſim. 6.4.* tandem auguſtus declaratus a patre. *Idem 6. 13.*

*d* Philoſtorg. 12. 6. Sebaſtianus autem fratri Iouino iam interfecto ſucceſſit.

*e* vt Marci & Gratiani ante Conſtantinum in Britannia rebellantium, *Zoſim. 6.2. Olympiodor. apud Photium cod.* 80. & alius poſt Sebaſtianum, cuius nomen intercidit apud Philoſtorgium c. 1.

dio poſt [a] XIIII annos imperii defuncto filius ſufficitur THEODOSIUS II, quadraginta & trium annorum in Oriente imperator, qui Epheſi ſynodum contra [b] Neſtorii impietatem congregauit. Honorius receptam a Gothis [c] Placidiam ſororem [d] CONSTANTIO patricio ſecun-

a XIIII annos ſolus imperauerat: XIII cum patre: mortuus chriſtiano anno CCCCVIII, vitæ ſuæ XXXI, relicto filio octenni Theodoſio. *Socrat. lib. 6. c. ult.*

b Neſtorius Germanicianus Syrus, ex Antiochena eccleſia in Conſtantinopolitanum epiſcopatum vocatus dixit ἄλλον μὲν εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν καὶ λόγον, ἄλλον δὲ τὸν χριστὸν θέσει υἱοποιηθέντα, καὶ χάριτι θεωθέντα. ideoque conſtanter negauit, Mariam θεοτόκον eſſe. *Zonar.* 13.22.

c Placidia, a Gothis capta, inuita tandem nupſit Ataulfo, Alarici ſucceſſori, eoque exſtincto reddita fuit fratri vna cum Attalo. *Philoſtorg.* 12. 4. *Olympiodor. apud Phot. p.* 104.

d Conſtantius erat magiſter militum, cum Placidiam vxorem duceret, & Valentinianum III ex illa generaret. Poſtea, vt men-

cundis nuptiis coniungit, quem vrgente illa, ſocium imperii adſumit, ſed breui poſt deceſſurum; eiusque ex Placidia filium, antequam in ſocietatem veniret, ſuſceptum, [a] Nobiliſſimi honoribus ornat. Hic VALENTINIANVS III eſt, Honorii ſororis filius atque [b] ſucceſſor, qui cæſar [c] IOANNEM tyrannum, oppreſ-

menſibus imperii ſocius , vita exceſſit. *Philoſtorg.* 12.10.

*a* Imperatorum filiis & agnatis hæc dignitas collata, antequam cæſares fierent: ſæpe etiam coniungitur cum dignitate cæſaris, vti ex nummis apparet NOB. CAES. inſcriptionem habentibus.

*b* Mortuus Honorius anno chriſt. CCCCXXXIII, cum paullo ante ſororem cum filio expulerat, qui Conſtantinopolim ad Theodoſium fugerunt. *Proſper chron.*

*c* Ioannes mortuo Honorio imperium inuaſit, de quo inſcriptionis verba CONSVLATV IOANNIS AVG. apud Sirmondum ſunt in Sidon. p. 127. Erat Primicerius notariorum, cum purpuram Rauennæ ſumeret, ibidemque captus imperii menſe duodeuiceſimo, & Aquileiæ iuſſu Placidiæ auguſtæ interfectus fuit. *Socrat.* 7.23. add. *Valeſ. Hiſt. Fr.* l. 3. p. 123.

oppreſſit, eoque ſublato [a] auguſtus a Theodoſio adpellatus eſt, cum vix VII ætatis annum expleuiſſet. Quo imperante [b] Africa amiſſa fuit & [c] Britannia, Vandalis illam, Hiſpania relicta; hanc Anglis inuadentibus: & Gallia ita [d] a Francis occupata, vt poſthac nunquam deſeruerint. Nec ſola hæc calamitas erat, verum [e] *Attila*

*a* Socrates *7. 24.* Regebatur autem puer a matre Placidia, cui Theodoſius φροντίδα τῶν πραγμάτων ἐπέτρεψε, *rerum adminiſtrationem commiſerat.* ibidem.

*b* Procop. Vandal. 1. cap. 3.

*c* Angli, Saxonum ad Albim vicini, in auxilium a Britonibus vocati, hoſtibus ſe coniungunt, eosque ſubigunt, quibus auxilio profecti fuerant. *Beda Hiſt. Angl. lib.* 1. *c.* 5.

*d* Sæpe quidem excurſiones in Galliam fecerant, nunc autem domicilium in ea figunt. *Procop. Goth. 3.* 33. Adde Valeſ. Hiſt. Fr. lib. 3.

*e* De Attila copioſe ſcripſit Iornandes Getic. 35. Cauſſa belli fertur *Honoria*, Placidiæ ex Conſtantio filia, ſoror Valentiniani, fuiſſe, quæ nuptiarum & dimidii regni conditione Attilam ſollicitauerit, quod cum negaſſet Valentinianus, repulſæ vindictam ſuſcepiſſe barbarum *ibid. c.* 42.

*tila* rex Hunnorum, ex Pannonia per Cattos & Bructeros in Galliam incurrens, nobiliſſimis [a] vrbibus euerſis ab Aëtio quidem, militiæ magiſtro, & [b] ſociis, in [c] Catalaunicis campis victus fuit & in Pannoniam repulſus: viribus autem celeriter reparatis altero anno maiore exercitu Al-

*a* Had. Valeſius Hiſt. Fr. lib. 4. p. 159. nominatim recenſet Auguſtam Treuirorum, Diuodurum Mediomatricorum, Durocortorum Remorum, Auguſtobonam Tricaſſium, Autiſſiodorum, & quidquid inter Rhenum & Ligerim interiacet. Fractus primum impetus ad Aurelianos, *Turonenſ. 2. 7. Sidon. l. 8. ep. 15.* vehementius concuſſus prœlio in campis Catalaunicis, Aetio, Romanæ militiæ magiſtro victore. *Iornand. Get. c. 38 & 40.* Geſta, hæc anno CCCCLI.

*b* Merouco rege Francorum & Theodorico Viſigothorum, qui prœlio illo occiſus fuit. *Greg. Tur. 2. 7. Iornand. c. 40.*

*c* Catalauni oppidum Galliæ Belgicæ, nunc *Chalons* ad Matronam in Campania. Iisdem campis Aurelianus Tetricum deuicerat, *Eutrop. 9. 9.* De Hunnorum clade Iornandes ſcripſit *Get. c. 37. & 40.*

Alpes Iulias perrupit [a] Aquileiam, Mediolanum, Ticinum vaſtauit, & Italiam omnem terroribus impleuit. Tunc Venetæ regionis & vicinarum [b] coloni in inſulas maris Adriatici refugiunt, & loci fiducia & opportunitate illecti ſedem ibi rerum ſuarum conſtituunt, quæ origo eſt vrbis potentiſſimæ, Venetiarum. Valentinianus [c] adulteriis infamis, cum [d] XXI annos imperaſſet, interfectus eſt auctore [e] MAXIMO, qui & impe-

*a* Iornandes ibidem cap. *42*. Adde Valeſium, lib. 4 H.Fr.p.*166*. ſeq.

*b* Conſtantinus Porphyrogennetus in præceptis de regendo imperio nominat Aquileiam, Concordiam, Iuſtinianam, Caſtrum Nouum: addi poſſunt Altinum, Patauium, Opitergium; quarum incolæ in inſulas refugerunt. Hinc Caſſiodorus quinquaginta circiter annis poſt Attilam, lib. 15, epiſt. 24. inſulas has Cycladibus comparans, more aquatilium vimineis caſulis habitari a mercatoribus ſcripſit.

*c* Procop. Vandal. 1.4.

*d* Periit enim anno CCCCLV

*e* Maximus ſenator Romanus, qui iniuriis & ſtupris

imperium ejus & matrimonium invaſit. Auguſta (Eudoxia erat, Theodoſii minoris filia) vt ſe a Maximo vindicaret, *Geiſericum*, Vandalorum regem [a] euocauit, qui Romam [b] iterum cepit, & omnibus diuitiis ſpoliavit quo tumultu ipſe Maximus, vix trimeſtris tyrannus, occiſus ac membratim diſcerptus fuit. Reuertens Geiſericus [c] Eudoxiam cum filiabus in Africam abducit, earumque alteram, cui Eudociæ nomen erat, Hunnerico filio ſuo vxorem dat: alteram Placidiam, quæ Olybrio, rerum poſtea potito nupſit, Leoni auguſto cum matre

ſtupris Valentiniani commotus fuit ad cædem faciendam. *Procop. c.l. Euagr.* 27.

a Vandali tum Carthagine in Africa habebant regiam ſedem: & Geiſericus ſecundus ibidem ex hac gente regnabat. Vide Tab. regum Vandal.

b poſtquam ab Alarico Gotho primum fuerat capta. Hiſtoriam hanc perſequitur Procopius c.l. cap. 5.

c Hanc quoque, & quæ ſubſequitur, hiſtoriam ex Procopio c.l. habemus. Adde Euagrium 2.7.

matre Conſtantinopolim remiſit. Lætus ſucceſſu rerum Siciliam quoque & Sardiniam ſubegit, [a] Illyrici atque Achaiæ litora inſulasque circumiectas prædando infeſtans, Græcorum claſſe, quæ contra venerat, immiſſis ignibus deleta. Sic vndique victor Geiſericus, Vandalicum regnum, cuius caput Carthago erat, *Hunerico* filio reliquit, qui catholicos in Africa (nam Ariani ſunt Vandali) [b] crudeliſſime vexauit. Ab eo tempore [c] Aëtio exſtincto, in dies ita con-

 cidit

a Idem Procopius c. 1. Memorabile eſt, quod de eodem ſub finem cap. 5. addit, cum e Carthaginis portu ſoluens a nauta interrogatur, quo curſum intendi vellet reſpondiſſe, *ἐφ' οὓς ὁ θεὸς ὤργισται, in eos, quibus iratus eſt Deus.*

b Perſecutionem hanc ſcripſit Euagrius Hiſt. Eccleſ. 4. 14.

c Aetius magiſter militum fortiſſimus, qui Attilam in Catalaunicis campis vicerat, ſuſpectus Valentiniano III propter potentiam, ab eoque trucidatus in palatio. *Iornand. Get.* 40. *Procop. Vand.* 1. 4.

cidit Occidentis imperium, vt per annos CCCXLV iacuerit, nec erigi ante potuerit, quam virtus Francorum ſubueniret. Nam qui Valentiniano ſucceſſere, nouem principes vſque ad Odacrem, intra annos XXII mortui omnes aut expulſi [a] reges Italia magis quam imperatores fuerunt, amiſſis pæne cunctis prouinciis, ac per Vandalorum latrocinia ne ipſa quidem Italia ſatis pacata & ſecura. De Petronio MAXIMO, qui Valentinianum occidit, ſupra diximus hunc [b] AVITVS in Gallia excepit, ſocer Sidonii Apollinaris, poſt XVIII imperii menſes epiſcopus

a Sic Caſſiodorus chron. Conſtantino & Rufo coſſ. *His coſſ.* inquit, *Maiorianus Italiæ ſuſcepit imperium.* Italiæ dicit, non Occidentis.

b Sidonius panegyrico. De conſulatu eius diſputat, Sirmondus ad Sidon. p. 126.

pus [a] Placentinus. [b] MAIORIANVS autem, Theodorici Veſigothi victor, videtur plus auſurus fuiſſe, ſi per fata licuiſſet, quarto anno [c] Ricimeris fraude apud Dertonam interfectus. Nec diutius rebus SEVERVS præfuit in palatio Romæ [d] fataliter vita de-

C 2 fun-

a Captus fuerat a Ricimere magiſtro militum apud Placentiam, & imperium deponere coactus; *Caſſiod. Chron.* eiusdemque vrbis factus epiſcopus, *Greg. Turon. 2. 11. & Marius* in chron. quos Euagrio 2. 7 opponit Valeſius, peſte exſtinctum ſcribenti.

b Maioriano etiam panegyricum dixit Sidonius. Fit imperator eodem anno, quo Leo in oriente ſucceſſit Marciano, nempe CCCCLVII *Caſſiodor.*

c Caſſiodorus in Chronico: *Maiorianus immiſſione Ricimeris exſtinguitur, cui Seuerum, natione Lucanum, Rauennæ ſuccedere fecit.*

d Caſſidorus c. l. *beneno* dicit *peremtum* Ricimeris fraude: Sed Sidonius panegyr. Anthemii v. 317

*Auxerat auguſtus naturæ lege Seuerus Diuorum numerum.*

functus. [a] ANTHEMIVS, Hunnorum, cum magiſter militum eſſet, apud [b] Sardicam victor, poſt biennii interregnum imperator, a Ricimere genero ſuo deturbatur, ipſe gener Leonis in Oriente imperatoris. [c] OLYBRIVS gener Valentiniani, ab eodem Ricimere ſuffectus, VII imperii menſe vitam peregit, cuius ſucceſſor [d] GLYCERIVS, ab Iulio Nepote deiectus hoc ſolatium calamitatis habuit, quod aqud Salonas Dalmatiæ, cuius vrbis nunc [e] epiſcopus erat, eundem NEPOTEM, quem

a cui etiam panegyricum dixit Sidonius. Hunc Leo auguſtus dedit Italis nominatim poſcentibus. *Caſſiodor.* adde *Valeſ. p.* 203.

b Hoc prœlium Sidonius ſcripſit paneg. Anthem. a verſu 236. Sardicam & ipſe nominat v. 274.

c Procopius Vand. lib. 1. c. 5. Caſſiodor. c. l.

d Eodem anno fit imperator, quo Leo minor ab auo creatur auguſtus: ſequenti deiicitur. *Caſſiodor.*

e Euagrius 2, 16. Iornandes de ſucceſſ. regn.

quem [a] Oreſtes fugauerat, inſidiis captum occiſumque vidit. Oreſtem [b] *Odoacer*, Sciroruin dux & Erulorum, ad Ticinum acie victum, apud Placentiam interfecit: filio autem [c] ROMVLO auguſtulo, ætatem pueri miſeratus, imperio abrogato, vitam conſeruauit, in quo imperatoris nomen in Occidente anno humanæ ſalutis CCCCLXXXVI deſiit, poſt tria demum ſæcula a Francis Germanis reſtituendum.



*a* Oreſtes, magiſter militum, imperium eripuit Nepoti, non autem ipſe ſibi ſumſit, ſed filio Romulo dedit, quem propter ætatem *auguſtulum* appellarunt. *Caſſiodor. chr. & Procop. principio Gothi.*

*b* Odoacer Sciroruin & Erulorum, Scythicarum gentium dux, non Rugorum, vt vulgo dicitur, quia cum Rugis ipſe bellum geſſit. *Caſſiodor. & Procop. c. l.*

*c* Vulgo *Momyllum* vocant ex corruptis Evagrii 2.16 libris, vbi Rob. Stephanus etiam Μωμύλλος edidit, ſed Valeſius Ρωμύλλος. Nummus eius ita inſcriptus eſt ROMVLVS AVGVSTVS P. F. AVG. Auſpicatis nominibus ergo maximus, minimus fortuna erat.

Interea Theodoſio II MARCIANVS ſucceſſerat, ex milite & Geiſerici [a] captiuo imperator Orientis, ſub quo Chalcedonenſis ſynodus [b] Eutychianam hæreſin damnauit, [c] repetitis quæ Niceæ, Epheſi & Conſtantinopoli contra Arium, Macedonium & Neſtorium decreta fuerant. Marcianum excepit LEO, [d] infelix Vandalico bello: hunc [e] LEO II, illius ex Ariadne filia nepos; aut huius potius pater ZENO

a Liberatus e cuſtodia miro omine, aquila alis dormientem tegente. *Procop. Vand.* 1. 4.

b Euagrius 2.4. Euthychiani σύγχυσιν καὶ κρᾶσιν εἰσάγοντες, καὶ μίαν εἶναι τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος ἀνοητῶς ἀναπλάττοντες.

c Euagrius ibidem.

d Procopius Vandal.1.6.ſcripſit illud bellum. Poſtea Zeno pacem fecit, quam ſeruarunt Anaſtaſius & Iuſtinus: ſub Iuſtiniano rupta. *Idem Vand.* 1.7.

e Zonaras 14.c.2. Altero anno moritur, patrem relinquens ſucceſſorem.

NO Iſauricus [a] animo & corpore fœdiſſimus homo, quo [b] concitante THEODERICVS, Oſtrogothorum rex, in Italiam ex Illyrico profectus, Odoacrem, auguſtuli imperatoris victorem, ad [c] Iſontium Carnorum fluuium vicit, & altero prælio ad Veronam debellauit. Ex hoc tempore reges Italia ex Gothorum gente habuit, ab Iuſtiniano tandem graui bello deiiciendos. Zenonem [d] BASILISCVS, frater [e] Verinæ auguſtæ, fugauit, qui quod melior expulſo non eſſet, adhæc Eutychianus; re-



a Zonaras c. l. ἀἴσχιστος τὴν μορφὴν καὶ τὴν ψυχὴν γεγονώς.

b Procopius Gothic. lib. 1. cap. 1.

c Caſſiodorus in chron. vtrumque prœlium memorauit. Flumen alii *Sontium* vocant.

d Baſiliſci tyranni hiſtoriam Procopius habet Vandal. 1. 7. & Zonaras 14. 2. Poſt anni vnius & octo menſium dominationem relegatus in Cappadociam, fame & frigoribus (nam hieme eiiciebatur) miſerrime periit.

e Verina Leonis magni vidua, ſocrus Zenonis. *Zonar. c. l.*

ſtitutus Zeno,[a] exitum tandem vita ſua non indignum fertur habuiſſe. Qui ſucceſſit ANASTASIVS, [b]Δίκορος cognomine, itidem in ſectam συγχυτικῶν propendens,[c] Bulgarorum primus incurſiones expertus eſt, qui Thraciam & Illyrici partes peruagati in Mœſia inferiore ſedem fixerunt. Eadem tempeſtate cum Anaſtaſius Orientem, Theodericus Italiam teneret, *Chlodoueus*, quintus in Gallia Francorum rex, ſed primus ex barbaris, qui Chriſtum ſin-

a Tradunt vinum iuſſu vxoris in ſepulcrum illatum eſſe vel γαστριζόμενον καὶ μεθύοντα, *mente & ſenſibus ebrietate grabatis*: vel νοσήσαντα καὶ δόκησιν, ὡς τέθνηκε, παρασχόντα, *ex morbo pro mortuo habitum*. In hoc conſenſus, lamentantem & domeſticos fruſtra implorantem in clauſo monumento exſpiraſſe. *Zonar.* 14.2.

b Cognomen inde eſt, ὅτι ἀνομοίας ἀλλήλαις εἶχε τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν, *quod pupillis oculorum fuit diſſimilibus.* Zonar. c. l. cap. 3.

c Idem *Zonaras* c. l. qui vocat ἔθνος μὴ πάριν γινωσκόμενον.

[a] ſincere confiteretur, meritis in ecclesiam conſecutus eſt, vt *chriſtianisſimi* nomine & *primogeniti eccleſiæ* augeretur, quod in ſucceſſores propagatum fuit.

Eccleſiam hoc ſæculo voce ſcriptisque illuſtrarunt Auguſtinus, Hipponis Regii in Numidia epiſcopus, Theodoretus Cyrrhenſis præſul in Syria, Cyrillus Alexandrinus, Iſidorus Peluſiota, Maximus Taurinenſis, Paullinus Nolanus, Proſper Aquitanicus, Claudianus Mamertus, Saluianus Maſſilienſis, & qui res geſtas in eccleſia ſcripſerunt, Socrates, Sozomenus, iterum Theodoretus, Sulpicius Seuerus, & Paullus Oroſius presbyter Hiſpanus, quibus



*a* Fuerunt ex barbaris ante Francos chriſtiani reges, Gothi, Vandali, ſed Ariani, non catholici. Hic vero a chriſtiana vxore Chrotildi, tetrarchæ Burgundionum filia, ſollicitatus, ex voto chriſtianus fit, victoria contra Alamannos apud Tolbiacum potitus, anno regni ſui xv, chriſtiano CCCCXCVI *Aimoinus* I. 15. adde *Valeſ. lib. 6. ineunte.*

Sidonium Apollinarem addo, Arvernorum epiſcopum, tam epiſtolis quam panegyricis carminibus ſui temporis hiſtoriam non mediocriter illuſtrantem. E contrario præter Neſtorium & Eutychem, de quibus in ſynodis huius ſæculi diximus, *Pelagius*, Brito genere, profeſſione monachus ac diſcipulus [a] Rufini, vires naturæ [b] contra gratiam extollens, incredibiles turbas per vniuerſam

ſam

[a] Rufinus Aquileienſis monachus, Alexandriæ in Ægypto hauſit ex Didymo, Origenis ſectatore, Origenianam de viribus naturæ opinionem, quam poſtea in Italia diſcipulis Pelagio & Celeſtio iuculcauit, a quibus per Occidentem diſſeminata fuit. Sicut ergo Origines primus erroris huius in Oriente, ita Rufinus primus in Occidente doctor fuit. Rufinum reuocato errore reſipuiſſe, teſtator MS liber ex Palatina in Vaticanam delatus. *Noris Hiſt. Pelag. lib. 1. c. 3.*

[b] Pelagianorum errores præcipui erant: Gratiam Dei ſecundum merita dari: hominem in hac vita poſſe perfectum eſſe: non dari peccatum originis. *Auguſtin. de don. perſeu. c. 2.*

ſam eccleſiam] dedit. Damnata eius hæreſis in [a] Africanis ſynodis, Carthaginienſi & Mileuitana, non autem ita exſtincta fuit, quin *ſemipelagianiſmus*, [b] emollito aliquantum errore, in Gallia propullularet, auctoribus Caſſiano Maſſilienſi presbytero & Fauſto epiſcopo Reienſi, qui tam multos ſectatores inuenerunt, vt altero demum ſæculo Arauſicana II ſynodo oppreſſa fuerit, pernicioſa opinio, licet nec inſecutis temporibus penitus exſtirpari potuerit. Iudæorum quoque res variæ erant. Hactenus enim euerſis Hie-



a Africanæ ſynodi directe Pelagianis oppoſitæ: præterea damnati fuerunt etiam in Epheſiana oecumenica, quod ex epiſtola ſynodi ad Celeſtinum papam adparet. *Noris lib. 2. c. 9.* Antiquior enim Pelagii hæreſis eſt, quam Neſtoriana, cœpitque propagari ineunte, quod ſcribimus ſæculo, aut etiam ſub finem præcedentis.

b Semipelagiani mediam inter Pelagii & Auguſtini ſententiam tenebant, vnde certamen de Prædeſtinatione exortum.

Hieroſolymis academiam [a] Tiberiade, Zippore, Lyddæ habuerunt, conſcripto quoque, quod ſæculo III christiano factum fuit, Talmude Hieroſolymitano: ſed cladibus tandem attriti in Babyloniam ſecedunt, & illuſtres ibi ſcholas condunt [b] Soræ, Pompedithæ, Nehardæ, & Talmud illud maioris molis, quod Babylonium vocatur, conficiunt. In Creta vero mire eluſi ſunt a [c] Moſe quodam, qui reditum in patriam per mare exſiccatam pollicitus, in cauſſa fuit, vt ingens turba in aquas præcipitata periret.

SAE-

a Paleſtinæ hæc oppida ſunt, quorum ſcholæ Iudæis celebratiſſimæ.

b Iuchaſin p. 120. col. 1. vbi Sorana & Pompedithana academia cum ſuis rectoribus memorantur. Vrbes hæ Euphrati adpoſitæ, vti etiam Neharda, quam & Schephitib in Nehardea dicit R. Beniamin *Itin. p.* 81.

c Accidit hæc tragœdia ſub Theodoſio II. quam Socrates Hiſt. eccl. lib. 7. cap. 38. ſcripſit.

# SAECVLVM VI CHRISTIANORVM.

CHlodoveus [a] Syagrii nuper & Alamannorum, nunc etiam [b] Burgundionum victor, Veſigothorum quoque regem [c] Alaricum prœlio ad Pictauium vincit & in fuga obtruncat, cuius ſucceſſorem [d] Geſalicum, ex concubina genitum, ter-



*a* Syagrius, Ægidii magiſtri militum filius, Sueſſionum tyrannus, æmulus erat Chlodouei, quo victo hic Auguſtam Sueſſionum, illius ſedem, ſuam fecit regiam. *Gregor. Turon.* 2.27. qui ibidem Syagrium vocat *regem Romanorum.*

*b* Burgundiones Lugdunenſem primam, *Sequanos*, maiorem partem Viennenſis provinciæ cum Peninis & Graiis Alpibus inſederant, quorum rex Gundiucus quatuor filiis regnum diuiſum reliquerat, e quibus Gundobaldus Chilpericum, Chlodouei ſocerum, & Godomarum fratres ſuos, toto regno potiri conatus, ſummo ſcelere interfecit. Hinc belli cauſſa Clodoueo contra Gundobaldum orta. *Aimoin.* 1.19. *& Valeſ. lib. 6. p. 272.*

*c* Aimoinus lib. 1. c.20. & 21.

*d* Valeſius lib. 6. & 7. p. 296. & 310.

tio poſt anno Theodericus rex Italiæ, ſocer Alarici exturbat, nepote ſuo Amalarico in eius locum ſuffecto, cuius ipſe, & regni curam, dum adoleſceret puer, in ſe ſuſcepit. Quinto poſt victoriam anno decedens Chlodoueus, [a] regnum filiis quadripartitum reliquit, qui [b] Gothos tandem ex Gallia in Hiſpaniam eiecerunt. Inter hæc defuncto Anaſtaſio per [c] IVSTINVM Thra-

a Aimoinus lib. 2. ineunte: *quatuor filii Chlodobei regnum inter ſe æqua lance diuidunt. & Theodoricus quidem ſedem regni ſortitus eſt Metis: Chlodomeres Aurelianis: Chlotarius Sueſſionis: Childebertus Pariſiis.*

b Cum Amalaricus vxorem ſuam, Chlodovei filiam, inhumaniter tractauiſſet, quod ipſa catholica Arianam mariti fidem ſequi noluerat; a fratre eius Childeberto victus & interfectus eſt. Rebus ergo in Gallia grauiter adflictis; qui ſucceſſere, Toletum Hiſpaniæ, iam ante a Gothis magnam partem ſubactæ, pro Narbone regiam fecerunt. *Valeſ. lib. 7. p. 367. ſeqq.*

c Iuſtinus, vulgo Thrax, rectius Illyrius Bederianites, vt ex Victore & Agathia Valeſius

Thracem ad [a] IVSTINIANVM rerum ſumma deuoluitur, qui Vandalis Beliſarii virtute victis [b] Africam denuo prouinciam fecit, [c] Siciliam & Italiæ magnam partem Gothis eripuit, liberaſſetque omnem, niſi Beliſarium a curſu rerum feliciſſimo ad bellum [d] Perſicum reuocaſſet.

Tamen

leſius H.Fr.l.7.p.331 probat. Zonaræ dicitur in iuuentute αὐτουργῶν ἢ βουκόλος καὶ συφορβὸς fuiſſe *lib.* 14.*c.*5. Imperauit annos IX.

*a* Iuſtinianus ſorore Iuſtini genitus, quarto menſe ante Iuſtini obitum conſors imperii factus.

*b* Capto & Conſtantinopolim abducto vltimo rege Gelimere, Vandalicum in Africa regnum, cum ſtetiſſet annos XCV, euerſum fuit. *Procop. Vand.*2. *cap.*3. *ſeqq. Lege* 1 *C. de off. Pr. Pr. Afr. princ.*

*c* Siciliam ſupra p.47. vexauerant magis Vandali incurſionibus, quam poſſederant. Facta ergo fuit iuris Gothici, excepto Lilybæo, quod Theodericus ſorori Amalfridæ dedit dotis loco, cum Traſamundo, Hunerici ſucceſſori, nuberet. *Idem Vand.* 1. 8.

*d* Procop. Perſ. 2. 14. Goth. 2. 30. Choſroes tum rex Perſarum erat.

Tamen Narſes, in Beliſarii locum miſſus, regem[a] *Totilam* eiusque ſucceſſorem[b] *Teiam* ſubegit, qui finis fuit Gothorum in Italia Imperii, circiter annos LXX vſurpati. Leges quoque diſperſas in Codicem & Pandectas colligi, & Inſtitutiones Iuris Romani conſcribi iuſſit imperator immortali laude dignus, quæ haud imminui ab illis potuit, qui [c]Aphthartodocetis illum adnumerarunt, cum rectus eius de Christo Deo & Homine ſenſus [d]publicis monumentis contra privato-

a Idem Goth. 4. cap. 32.

b Ibidem cap. vlt.

c Euagrius 4.39. antiquiſſimus auctor eſt, qui ἀφθαρσίας errorem bono principi, iam ætate prouecto, imputauit, quaſi edicto ἄφθαρτον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου κέκληκε καὶ τῶν φυσικῶν καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν ἀνεπίδεκτον. Hunc alii, Græculi præſertim, ſequuntur Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, Conſt. Manaſſes. Error, ex Eutychiano ortus, dicitur αἵρεσις τῶν Ἀφθαρτοδοκητῶν. *Zonar.* 14.9.

d v. g. epiſtolis ſynodicis, Mediolanenſi & Romana, Actis ſynodi VI inſertis: illa (au-

ctorem

vatorum cenſuras defendatur. [a] Sclaui quoque hoc tempore ex Ruſſia & a Cimmerio Boſporo pars inter Drauum & Sauum conſedere, pars in Poloniam progreſſi & Bohœmiam; quæ trium regnorum Sclavonici, Poloni & Bohœmi initium ſunt. Monachi etiam duo ex India reuer-

ctorem prodit P. Diac. 6. 4. Langob.) *chriſtianiſſimus* vocatur: hac Agatho papa cum cxxv epiſcopis *pietatem* eius prædicat ad cuius exemplum Conſtantinus Pogonatus *eccleſiæ catholicæ ſuccurrat*. Et patres Quinniſextæ ſynodi τὸν τῆς θείας λήξεως, *beate defunctum*; ſicut Gregorius P. M. lib. 3. ep. 4. ad Theudelindam reginam adpellat *piæ memoriæ* principem ſub quo *de fide Chalcedonenſis concilii nihil motum, nihil fuerit violatum*. Et vltimo iam imperii anno PIISSIMVS publica inſcriptione apud Grut. p. 161. n. 1. dictus eſt, vt taceam Paullum Diaconum, qui Langob. 1 25. *principem fide catholicum* vocauit.

*a* Diuerſa agmina Sclauorum erumpentium habet Procopius Goth. 3. c. 38. & 40, & lib. 4 c. 25. Σκλαβηνοὶ, *Sclaueni* ab eo vocantur.

reuerſi, ſemina [a] bombycum detulerunt, rationem ſerici conficiendi citeriorem orbem perdocentes. Iuſtiniano XXXVIII annos regnanti ſucceſſit IVSTINVS II, [b] Curopalates cognomine, qui pacem cum Perſis factam diſſoluit, [c] tributo denegato, quod patres [d] Iuſtiniano regnan-

a Lege Zonaram 14.9. & Procop. Goth. 4. 17.

b Curopalates a cura palatii dictus, ſnmma aulæ Conſtantinopolitanæ dignitate. τὴν φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος *Euagr. H. E.* 5.1. ἡ μετὰ βασιλέα πρώτη ἀρχὴ, Κουροπαλάτην οἱ περὶ τὰ βασίλεια καλεῖν εἰώθασι, *Nicephorus Patriarcha p.* 6. *ed. Pariſ.* Non ergo præfectus fabricæ palatii, vt apud Caſſiodorum 7.5, ſed præfectus prætorianorum ſiue par præfecto prætorii poteſtas intelligitur. Adi Nic. Alamannum ad Procopii Hiſt. arcan. c. *6.* & *21.*

c Zonaras 14, 10.

d Procopius Perſ. 2. 10. extr. & Goth. 4. 15. tradit quinque millia pondo auri in præſenti, & quingenta in ſingulos annos data eſſe Choſroi ab Iuſtiniano, quod Perſæ interpretabantur, ac ſi pro excubiis limitis Romani acciperent, ſicut Gothi quoque & Hunni & alii barbari accepiſſent.

gnante pependerant, indignum ratus, Romanos barbaris vectigales eſſe. Cum Narſetem, Gothorum in [a] Italia victorem, ad [b] gynæceum (nam eunuchus erat) virtutis metu damnaturus eſſet; ille iniuriæ impatiens *Alboinum*, Langobardorum regem, ex Pannonia euocauit, qui Italiam Conſtantinopolitanis eriperet. Hæc initia ſunt Langobardorum in Italia imperii, quo Græcis nihil, præter [c] quinque vrbes, in Italia relictum fuit, longe lateque barbarorum potentia ſe diffundente, nec vnquam poſtea, quamuis [d] Francorum

*a* Narſes deuictis Gothis Italiæ præfectus fuit.

*b* Sophia augusta, vxor Iuſtini, Narſeti *fertur mandaſſe, vt eum puellis in gynæceo lanarum faceret penſa diuidere.* Paul. Diac. 2. c. 5.

*c* Sunt Rauenna, Roma, Spoletum, Neapolis, Beneuentum. Rauenna caput & ſedes Exarchi; ceterarum ſingulæ ſuum ducem habebant, vt mox de Exarchis dicemus.

*d* Francos aliquoties imperator Mauricius con-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0073-0

corum auxilio petito, recuperari Italia & ad Græcos reduci potuit. Ex eo tempore Italiæ partem a Langobardis reliquam per [a] *Exarchos*, quorum ſedes Rauennæ erat, regebant Græci ad Conſtantinum vſque Copronymum, ſub quo Aiſtulfus, Langobardorum rex vltimo proximus, Rauenna expugnata, finem Exarchatus fecit. Iuſtino II poſt [b] XIII annorum imperium TIBERIVS

contra Langobardos concitauit, teſte eodem Paullo Diacono lib. 3. capp. 17. 22. 30. 32. & Aimoin. 3. 37.

a Euocatis a Narſete in Italiam Langobardis, qui ſedem regni Ticinum conſtituerunt; Iuſtinus II Longinum cum *Exarchi* titulo miſit, qui Italiæ ſtatum formaret. Hic relictis vrbibus præfecit *duces*, qui antea comites, aut correctores erant, quorum caput Exarchus fuit. Vide Paul. Diac. paſſim: & Pet. de Marca Conc. Sacerd. & Regn. lib. 3. c. 10. n. 4. Nomina & tempora ſingulorum ἐξάρχων habet Scalig. Can. Iſag. p. 169.

b *Zonaras* 14. 10.

RIVS CONSTANTINVS, [a] Perſarum Mauricii ductu victor, ſucceſſit: huic [b] a quinto anno ipſe MAVRICIVS ſuffectus eſt, infelix imperator tum bellis contra [c] Perſas & [d] Auares Scythas, qui Danubii ripam inſederant; tum [e] defectione militum & ſuis tandem ſuorumque ſuppliciis, quippe a [f] Phoca deiectus, cum filios omnes cædi vidiſſet in [g] Eutropii portu; ipſe quoque ſupplicium miſerabiliter ſuſtinuit. Cum filiorum cædi adſtaret ſuam

mox

a Choſroes a Mauricio duce in campis Araxianis fugatus. *Agathias lib. 4. extr.*

*b Zonaras 14. 11.*

*c* Perſicum Mauricii bellum ſcripſit Theophylactus Simocatta libris prioribus.

*d* Hunnica gens erat, Auarum Scytharum nomen ſimulans, vnde ψευδαβάρους rectius dici cenſet idem Simocatta lib. 7. cap. 8.

*e* in bello aduerſus Auares, idem *l. 7. c. 1. 2.* & *l. 8. c. 7.* vbi cauſſa tumultus dicitur τρόπος φιλάργυρος, *auaritia* Mauricii.

*f* Phocas in exercitu Mauricii fuerat ἔξαρχος ὁ ἑκατόνταρχος, *ibidem lib. 8. c. 7.*

g Portus hic ad Chalcedonem, *ibidem* 8. 11.

mox ſubiturus, clara voce exclamaſſe fertur: [a] *Iuſtus es Domine & iuſtum iudicium tuum.* Hæc in Oriente geſta ſunt. Gallia hereditatis ſorte & diuiſionibus infelix motus inteſtinos & ciuile bellum experta fuit, nec Chlotarius, Chlodoueo genitus, quieuit ante, quam [b] iugulatis fratris ſui Chlodemeris filiis & Childeberto fratri, & Theodebaldo, Theodorici maioris fratris [c] nepoti, ſuccederet. Sic ad vnum redacta, Francorum Gallia in Chlotarii filios rurſus [d] quadrifariam diuiſa, cædibus nefariis & ciuili ſanguine vbique inquinatur.

Eccle-

*a* Δίκαιος εἶ Κύριε, καὶ δικαία ἡ κρίσις σου. *Theoph. Simoc. c. l.*

*b* Gregor. Turon. 3.18. Aimoin. 2.12.

*c* Theodorici nepos, ex filio Theodeberto, itidem rege.

*d* Aimoinus lib. 3 ineunte: *totum regni corpus quadripartita ſectione ex æquo quatuor fratres partiuntur.* Pariſiorum vrbs Chariberto, Guntramno Aurelianenſis: Chilperico Sueſſionenſis: Sigeberto Mediomaticum ceſſit.

Eccleſia hoc ſæculo non mediocriter felix in eo fuit, quod Arianiſmum vidit vndique profligari, cui barbari in Romanum imperium infuſi, tenaciter adhuc inhæſerant. [a] Vandalis enim in Africa, & Gothis in Italia exſtinctis Veſigothi quoque in [b] Hiſpaniam depulſi catholicam fidem [c] Reccaredo duce profeſſi ſunt, quem' Toletana III ſynodo confirmauerunt. Et [d] *Sigiſmundus* Bur-

*a* Vandalos & Alanos Africæ, & Oſtrogothos Italiæ Arianos fuiſſe, ſupra dictum fuit.

*b* Galliam reliquere a Francis victi, *vide ſupra pag.* 60 ; parte tamen in Septimania remanente.

*c* Reccaredus rex Gothorum Toletanus, primo regni anno ex Ariano fit catholicus, quem Gothi in Hiſpania fere omnes, eorumque in Septimania reliquiæ ; tum Sueui in Gallæcia, itidem adhuc Ariani, ſequuntur. *Vaſæus chron. Hiſp. ad an.* 586 *ex* Ioanne abbate : & *Aimoin.* 3.77.

*d* Sigiſmundus Gundobaldi filius, Gundiuci nepos : victus tandem a Chlodomere Franco & cum filiis interfectus, fruſtra Alci-

Burgundionum rex, doctore Alcimo Auito, ab Ariana ſecta ad [a] catholicam eccleſiam cum populo ſuo receſſit. Langobardi etiam, [b] Theudelindam imitati, reginam ſuam, quod rectum eſt, de Deo & Chriſto ſentire cœperunt. [c] Britannos in paganitatem relapſos chriſtianæ fidei

Alcimo Auito vitam eius deprecante. *Aimoin.* 2 4. Cetera Gundiucum etiam quatuor filiis diuiſum Burgundionum regnum reliquiſſe, ſupra pag. 59 memoravimus.

*a* Catholici chriſtiani fuerant Burgundiones, ſi fides Oroſio 7. 32 habenda; contagione autem Veſigothorum Ariani facti, Alcimi Auiti miniſterio ad veram fidem reducuntur. *Agobardus adv. leg. Gundob.*

*b* Theudelinda Authari, deinde Agilulfi, Langobardicorum regum coniux, Chriſtum vere profeſſa, auctor ſuis fuit eandem fidem ſuſcipiendi. *Paullus Langob.* 4. *c.* 5. *&* 6.

*c* Britannos *Chriſto ſubditos* fuiſſe iam tum ſuo tempore, teſtis Tertullianus eſt adv. Iudæos cap. 7 relapſos ad deorum cultum conuertit denuo, emisſis eo monachis, ſanctus Gregorius. *Paul. Diac.* 3. 26. *Beda Hiſt. Angl.* 2. 1.

fidei reſtituit Gregorius Magnus, pontifex Romanorum. Ante medium huius ſæculi ſynodus Conſtantinopoli ab Iuſtiniano conuocacata, priorum decretis confirmatis, quædam dogmata [a] Origenis condemnauit. Et hæc quinta dicitur œcumenica. Nec defuerunt qui

D lit-

[a] Graues errores ſunt, quæ Origeni vulgo imputantur. Hieronym. 2. adv. Rufin. c. 3. *Dei filium creaturam, Spiritum S. miniſtrum, mundos innumerabiles; angelos verſos in animas hominum; animam Salvatoris fuiſſe antequam naſceretur ex Maria: reſurrectionem noſtrorum corporum ſic futuram, ut eadem membra non habeant.* addit μετεμψύχωσιν epiſt. 59 ad Auitum cap. 1. Hæc & ſimilia an vere tribuantur Origeni, diſputat Huetius in Origenianis lib. 2: num in ipſa œcumenica ſynodo, non autem in particulari Conſtantinopolitana, quæ præceſſerit, damnata fuerint; dubitat Valeſius ad Evagr. 4. 38. quod aliis tamen certum eſt Vide H. de Noris diſſert. de Synodo Quinta cap. 6, qui tum ibi, tum initio Hiſt. Pelag. probat, Origenem fuiſſe patrem Pelagianorum.

litterarum ſtudiis eccleſiam illuſtrarent: Fulgentius Ruſpenſis epiſcopus in Africa: Ennodius Ticinenſis, & Alcimus Auitus Viennenſis antiſtes, qui non minus poetica clarus fuit, quam Venantius Fortunatus Pictauienſis epiſcopus, & Arator ſubdiaconus Romanus. Senatores quoque huc pertinent Boethius Seuerinus, & Aurelius Caſſiodorus, vterque ſub Theoderici regno clariſſimus, hic etiam ab regis huius epiſtolis: & hiſtoriarum conditores Euagrius Scholaſticus ac Gregorius epiſcopus Turonenſis. Nec Priſciani ſtudium, quo linguam Latinam apud [a] Conſtantinopolim vindicauit, ſine laude prætermittendum eſt. Præferri tamen his omnibus

a Paul. Diaconus Langob. 1.25 *Tunc* (Juſtiniano imperante) *apud Conſtantinopolim Priſcianus Cæſarienſis grammaticæ artis profunda rimatus eſt.*

bus debet, qui [a] vertente ſæculo floruit, Gregorius eximiis in eccleſiam meritis Magnus cognominatus.

## SAECVLVM VII CHRISTIANORVM.

PHocas, qui Mauricium occiderat, [b] Syriam & Palæſtinam inuaſoribus Perſis, qui [c] Chalcedonem vſque excurrebant; nec non papæ [d] Bonifacio III honores & titulum epi-



*a* Sub finem huius in ſeptimum uſque ſæculum Gregorius papa florebat, mortuus anno IↃCIIII. Hinc eſt, quod Bellarminus de Script.eccl. ſeptimo illum ſæculo tranſcripſit.

*b* Zonaras lib. 14. cap. 14.

*c* Idem c.l. quod pronius ad credendum eſt, quam ſub Heraclio eueniſſe, in quo principe id Chronicon Alexandrinum p. 882 notauit.

*d* Paullus Diaconus Langob. 4. 37. *Hic* (Phocas) *rogante papa Bonifacio ſtatuit ſedem Romanæ & apoſtolicæ caput eſſe omniam eccleſiarum.* Fuit quidem titulus œcumenici epiſcopi ante Phocæ tempora,

epiſcopi vniuerſalis conceſſit. Hunc tyrannide, qua VIII annos abuſus fuerat, [a] HERACLIVS deturbavit, quo imperante cum [b] Monothe-

ra, cum Iuſtinianus & alii imperatores vtriusque Romæ, veteris & nouæ præſules *Vniuerſales Patriarchas* in Codice & Novellis ſæpenumero adpellauerunt : ſed tum reſtrictus erat ad alterutrius diœceſin propriam , in qua œcumenicus erat epiſcopus : nunc autem imperator iuſſit totius eccleſiæ Chriſtianorum caput eſſe Rom. pontificem, & canonem XXVIII conſilii Chalcedonenſis, quo DCXXX Patres τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης θρόνῳ, *æqualia priuilegia addixerant ſedi Conſtantinopolitanæ*; quantum in ſe fuit, abrogauit. Cauſſa autem decreti auguſtalis fuit, quod Cyriacus epiſcopus Conſtantinopolitanus improbabat Phocæ parricidium, reliquamque tyrannidem. *Theophanes chron.*

*a* Heraclius ex Africæ patris ſui præfectura tyrannum adgreſſus. *Zonar.* 14. 14. *Chron. Alex. p.* 874.

*b* Fuit hæreſis de vna Chriſti voluntate propago Eutychianiſmi, quam Heraclio, cum Hierapoli belli Perſici cauſſa ageret, Iacobitarum patriarcha Athanaſius inſtillare pri-

theletarum hæreſis, tum [a] *Mahammedis* infauſta religio, ſceleratis auſpiciis orta incredibili incremento potentiæ in dies aucta fuit. Etenim non ſolam Perſiam; deuicto [b] Iazdigerde rege, ſubegerunt Mahammedani, ſed [c] Syriam quoque, Ægyptum, Palæſtinam, & quam paullo ante [d] He-



prim9 cœpit, Sergius Conſtantinopolitanus, & Cyrus Phaſidis ſeu Lazicæ prouinciæ epiſcopi, quibus quæſtionem propoſuerat imperator, confirmarunt. Secuti Sergii ſucceſſores, & ipſe tandem Honorius pontifex Romanus. *Cedrenus p.* 345. & *Acta ſynodi* VI.

*a* Cedrenus p. 346 Zonaras 14. 17. Nomina *Mohammed* & *Achmed* eiusdem originis *valde deſideratum* ſignificant.

*b* Vltimum Perſarum regem Cedrenus p. 349 & Hiſt. Miſcell. vocant *Hormiſdam*; verius Tarich, Arabicum chronicon, *Iazdigard*. Vide Tarich Schickardi p. 170

*c* Sub Omare, tertio a Mohammede chalipha. *Cedren.* p. 350. *ſeq.*

*d* Choſroes II, rex Perſarum, Hieroſolymam expugnauit, negans pacem Heraclio petenti: filius Siroes pacem cum Heraclio fecit captiuis redditis & Hieroſolymorum vrbe reſtituta *Zonar.*

raclio Choſroes ademerat, & reddiderat Siroes filius, Hieroſolymam ſuæ ditioni cum inſula [a] Rhodo adiecerunt, Heraclii nepote [b] CONSTANTE, qui CONSTANTINO patri, ſed paucorum menſium, imperatori, ſucceſſerat, nauali [c] pugna ſuperato. Quid? quod ipſam Conſtantinopolim adgreſſi Saraceni, & quin caperet vix [d] multis prœliis a CONSTANTINO Conſtan-

*a* Tunc coloſſum demoliti ſunt Saraceni, cuius æs Iudæus mercatus ıↄcccc camelis aſportaſſe dicitur. *Zonar.* 14. 19.

*b* Heraclio, cum xxxı annos imperaſſet, ſucceſſit filius Conſtantinus, & huic, nouercæ Martinæ fraude ſublato Conſtans, Conſtantini filius, Heraclii nepos. *Zonar.*

*c* Iuxta Phœnicen, Lyciæ portum. Proxima ante prœlium nocte ſomniauit Conſtans ſe Theſſalonicæ eſſe, quo coniector cladem portendi dixit, quaſi θὲς ἄλλῳ νίκην, ſignificatum eſſet. *Zonar.* 14.19.

*d* Per ſeptennium mari pugnatum fuit, hoſtibus Cycicum, ſi quid accidiſſet, aut hieme refugientibus. Domiti tandem barbari *igne Græco*, quem vocant, ſub aquis ardente. *Zonar.* 14. 20.

ſtantis filio, cui cognomen [a] Pogonati erat, prohibiti ſunt. Congregata eſt hoc principe ſynodus Conſtantinopoli, quæ ſexta œcumenica fuit, contra [b] Monotheletas: & ſub ſucceſſore IVSTINIANO II ſive ῥινοτμήτῳ in [c] Trullo alia,

D 4 quæ

*a* Quod prima ſanguine profectus, ex Sicilia barbam promiſſam retulerat, *Pogonatus* cognominabatur. πώγων enim *barba* eſt. Ceterum ſucceſſit patri poſt XXVII annorum imperium: ipſe imperauit annos XVII. *Zonar.*

*b* Damnati hoc concilio Sergius Conſtantinopolitanus, Cyrus Phaſidis antea, poſt Alexandrinus patriarcha, eorumque ſectatores: & ipſe Honorius Romanus pontifex, qui in epiſtola ad Sergium ſcripſit, ἓν θέλημα ὁμολογοῦμεν τοῦ Κυρίου Ιησοῦ χριστοῦ, *unam voluntatem Domini Ieſu Chriſti fatemur*, vt Actione XII Synodi VI refertur. Quomodo Pontificii id excuſare conentur, ex eorum libris notum eſt. Vide Hiſt. Monothel. 1679 Pariſiis editam.

*c* Trullum pars palatii imperatorii, ita dicta, quod faſtigium eius tectum & ornatum fuit *trullo*, ſiue fornice hemicyclico. *Lambec. Bibl. Vienn. Tom. 8. p.* 407. Hinc *Trul-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0085-7

[a] quæ Quiniſexta dicitur, quod canones quintæ & ſextæ adiiciat de moribus,

*Trullanum* hoc concilium vocatur, quamuis & ipſum ſextum in eadem æde fuit habitum, ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ θείου παλατίου τῷ οὕτως ἐπιλεγομένῳ τρούλλῳ, *in ſecretario ſacri palatii, quod cognominatur Trullum*, vt ſub initium actionis II indicatur.

c Græce πενθέκτη, id eſt, quæ nec quinta eſſet, nec ſexta, ſed utrique canones adiiciat iuſſu imperaroris. Διὰ τοῦτο καὶ οὐδὲ ἕκτη κυρίως κατονομάζεται, ἀλλὰ πενθέκτη. ἀνεπλήρωσε γὰρ τὸ ὑστέρημα τῆς τε πέμπτης καὶ τῆς ἕκτης συνόδου. *Propterea nec ſexta proprie nominatur, ſed Quiniſexta: nam quod quintæ & ſextæ ſynodo deerat, ſuppleuit.* Balſamo *in Pandect. Can. Beveregii p.* 154. An & hæc uniuerſalis fuerit, diſputatur. Negant Pontificii propter cauſſam mox indicandam: ait Balſamo c. l. ἔστι δὲ καὶ οἰκουμενική: & ipſi patres CCXXVII in ſermone προσφωνητικῷ ad imperatorem: τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ θεόλεκτον οἰκουμενικὴν ἀθροισθῆναι σύνοδον ὥρισας, *ſanctam hanc & diuinitus electam ſynodum uniuerſalem congregari decreuiſti.* Adde Spanh. Introd. Hiſt. Sacr. p. 626.

bus, etiam [a] Romanæ eccleſiæ, caſtigandis, quæ cauſſa eſt, vt iniquius hanc ſynodum Romani clientes ferant, nec vniuerſalem eſſe concedant. Cum adprobare eam papa [a] Sergius nollet, imperator miſit, qui eum Conſtantinopolim deportarent, quod factum fuiſſet, niſi interuentu exarchi, qui Pontificis partes tuebatur, ereptus fuiſſet. Poſt hæc Iuſtinianus, victis Leontii ductu [b] Iberis & Bulgaris, victus ab Arabibus, qui



*a* Balſamo p. 154 ed. Oxon. οἱ δυτικοὶ ἐπίσκοποι, Ιταλοὶ δηλονότι καὶ Λατῖνοι, ὑπὸ τῶν κανόνων τῆς τοιαύτης συνόδου καιρίως πληττόμενοι. *Occidentales epiſcopi, Itali ſcilicet & Latini, ab huius ſynodi canonibus opportune icti.* v. g. Canon XXXVI confirmat Canonem XXVIII Chalcedonenſis concilii de æqualitate Romani & Conſtantinopolitani epiſcopi. Adde Spanh. Introd. Hiſt. p. 628.

*a* Sergius papa Romanus: non ille antiquior Conſtantinopolitanus in VI ſynodo damnatus. Rem narrat Paul. Diac. in Langob. 6. 11. nec qui Vitas pontificum ſcripſere, diffitentur.

*b* Zonaras 14. 22 hæc bella memorauit.

qui Africam inuadebant, & ab LEONTIO [a] naſo multatus [b] Cherſone exſulauit. Nihil autem tutum eſt, quod iniuſtum, & vix triennium exactum erat, cum Leontium APSIMARVS, qui & TIBERIVS III vocatur, omnibus rebus exutum [c] naſo viciſſim mutilaret. Apſimarum poſt VII annorum tyrannidem exſul [d] Iuſtinianus Bulgarorum ope deiecit, & grauiſſimis ſuppliciis vna cum Leontio in regia vrbe necauit. Immoderate autem imperio poſt reditum vſus, inuidiam denuo incurrit, qua factum eſt, vt nouum æmulum inueniret, PHILIPPICVM BARDANEM, qui ipſum & filium eius Tiberium trucidauit.

Trans Alpes noua rerum facies erat. Diuiſionibus enim poſſeſſionum

a Vnde cognomen ῥινοτμήτου nactus fuit.

b Zonaras cap. 22. extr. εἰς Χερσῶνα ἔθεντο ὑπερόριον. Deſcribit ſitum Procopius *Perſ.* 1. 12, Goth. 4, 5.

c Idem c. 23 Λεόντιον ἀφείλετο τῆς ῥινός.

d Idem Zonaras 14. 25.

onum in filios factum, vt nunc nova regnorum nomina audirentur, [a] *Neuſtriæ* ad occaſum, Auſtriæ ſiue *Auſtraſiæ* ab ortu, Burgundico veteri etiam manente: & ex his quædam denuo diuiſa aut rurſus connexa pro numero principum fuerunt. Coniuncta triennio tenuit Chlotarius maior, Chlodouei filius, vt [b] ſupra prædiximus: etiam huius nepos CHLOTARIVS minor, [c] interfectis aut fato exſtinctis, qui Auſtraſiæ & Burgundiæ heredes erant; atque ita



*a* Neuſtriæ ſedes primaria Lutetia fuit, ſicut Auſtraſiæ Metis: Burgundiæ Vienna, Aurelianum aut Cabillonum. *Valeſ. lib.* 16. *ineunte.*

*b* Vide pag. 68.

*c* Sigebertus, Chlotarii maioris filius, Auſtraſiæ regnum in filium Childebertum, patrui Guntramni, Burgundici regis poſt paullo heredem, transfuderat: hic diuiſerat in Theodebertum Auſtraſiæ regnum; & in Theodoricum Burgundiæ transferens, quorum prole exſtincta Chlotarius minor omnia Franciæ regna conſecutus eſt. *Aimoin. lib.* 3.

DAGOBERTO filio reliquit, in cuius filiis rurſus diuiſio facta, vt [a] Sigibertus Auſtriæ, Colodoueus ſiue Ludouicus Burgundiæ atque Neuſtriæ imperaret. Noua etiam nunc dignitas in regnis Francorum nata. Cum enim Chlotarius minor Auſtriam & Burgundiam in ditionem redegiſſet, ipſe in Neuſtria conſiſtens [b] *Maioribus domus* noua regna adminiſtranda dedit, qui mos etiam ad ſucceſſores translatus fuit. Horum potentia nimium quantum inualuit, vt ex palatii præfectis regnorum procuratores, mox tutores ipſorum regum, ac poſtremo reges euaderent.

Eccleſiæ ſtatum in conciliis maiorem partem notauimus, qui non optimus hoc ſæculo erat, iam tum gliſcente Græcorum Romanorumque ſchiſmate, cuius potiſſima cauſa

a Idem Aimoninus 4. 27.

b De origine huius dignitatis & incremento conſulas Hadr. Valeſium Hiſt. Fr. Tom. 3. pag. 2.

ſa erat primatus, quem Latini a Phocæ temporibus ſibi, vt debitum, vindicabant, Græcis iure repugnantibus, quod, Occidentis imperio deleto, apud ſe rerum ſedes & domus imperatrix eſſet. Sic dum papa æqualem, patriarcha ſuperiorem ferre non poteſt, magno eccleſiæ damno ſchiſma irreparabile exortum fuit. Creuit etiam inſcitia monachorum, vt poſt Gregorium, qui ineunte ſæculo defunctus eſt, paucos habuerit eccleſia & litterarum res publica, quorum ingenio illuſtrarentur. Iſiodorus Hiſpalenſis in hoc numero fuit, & auctor [a] Alexandrini Chronici, & florere incipiens Anglorum Beda [b] venerabilis.

SAE-

*a* Vulgo *Faſti Siculi* vocantur, quia in Sicilia manuſcriptum hoc chronicon repertum fuit.

*b* Beda Anglus Saxo, morum grauitate & doctrina meruit, vt *venerabilis* cognominaretur.

# SAECVLVM VIII
## CHRISTIANORVM.

PHILIPPICVS Bardanes Iuſtiniano, quem confecit, non felicior fuit. Præter enim cladem quam Bulgari aut Saraceni inferebant, [a] ARTEMIVS, qui nomen ANASTASII ſumſit, nondum XXX menſium imperatorem expulit, & hic poſt XV menſes a THEODOSIO expulſus fuit, quam vix biennio potitum rebus LEO Conon, gente Iſaurus, fugauit, vt reliquum vitæ tempus, perinde ac Artemius, monachi habitu extra regiam priuatus exegerit. Certamen illo tempore de imaginibus exortum eſt, quas deleri Leo voluit cum CONSTANTINO [b] Copronymo, patris

tris

*a* Quæ de Artemio & Theodoſio dicuntur, Zonaras lib. 14 extremo copioſe prodidit.

*b* Pudendi cognominis origo fuit, κόπρον αὐτὸν ἐκκρῖναι τῇ θείᾳ κολυμβύθρᾳ καταδυόμενον, *quod ſanctam aquam, cum infans baptizaretur, polluerat.* Zonar. 15. 2.

tris poſt XXIIII annos ſucceſſore, qui etiam concilio [a]Conſtantinopoli coacto illarum in eccleſiis vſum condemnauit: in qua ſententia etiam nepos LEO IIII permanſit, ex matris gente [b] Chazarus cognominatus: hic quidem quinque tantum, pater autem Conſtantinus XXXIIII annos imperio vſus Orientis. Non breuis ergo fuit imaginum tumultus. Mortuis εἰκονομάχοις principibus, cum IRENE auguſta filii CONSTANTINI nomine rem publicam tractaret, [c]Niceæ coacta

*a* Hæc Conſtantinopolitana III, cui neminem ex Latinis interfuiſſe, Zonaras 15. 6 auctor eſt: immo ſi Theophani fides eſt p. 359, neque ex aliorum patriarcharum Alexandrini & Antiocheni diœceſi. Habita anno DCCLIIII, qui Conſtantini fuit XIII.

*b* Chazaria barbara regio circa Danubium, a Scythis Auaribus aut horum vicinis Chzaris habitata. *Zonar.* 14. 24. *in Iuſtiniano Rhinotmeto.* Adde infra pag. 88. ex Theophane dicenda.

*c* Niceæ in Bithynia, vnde ſynodus Nicena II adpellatur.

acta ſynodus eſt, quam falſo [a] œcumenicam VII dicunt, qua non tantum reſtitui imagines, ſed [b] coli etiam publice præceptum fuit, ex quo tempore vulgata eſt iconolatria, cui [c] Græci ad hunc diem addicti ſunt, quamuis qui proximo ſæculo ſucceſſere, [d] Leo Armenius, [e] Theophilus aliique Byzantini imperatores grauiter in cultores imaginum animaduerterunt, imitati forſan Caroli Magni pietatem, qui ſub finem octaui ſæculi [f] Francofurti ſynodo coa-

*a* Romanis & aliis *εἰκονοδούλοις* œcumenica cenſetur, habita anno DCCLXXXVII. Indicta fuerat Conſtantinopoli ſuperiore anno, ſed diſturbata a ſcholariis & excubitoribus, qui ſuperiorum principum ſententiam tuebantur. *Theophanes p. 389.*

*b* Decretum enim eſt *εἰκόνας σὺν τῷ σταυρῷ προσκυνεῖσθαι*, *Cedren. p. 387*, ſeu *προσκυνεῖσθαι καὶ σέβεσθαι*, *Zonar.* 15. 11.

*c* Critopul. Confeſſ. cap. 15

*d* Zonaras *15. 20.* ſiue p. 106 ed. Baſ.

*e* Cedrenus pag. *425.*

*f* Françofurti ad Mœnum habita ſynodus omni-

coacta abrogari curauit, quæ impie Nicena II ſanxerat.

Motus interea ingentes erant in publica re, [a] Saracenis Conſtantinopolim iterum oppugnantibus: & [b] Bulgaris ad [c] Longum Murum excurrendo ingentem prædam abigentibus. Saraceni quoque Hiſpaniæ

omnium fere Occidentis epiſcoporum, anno DCCXCIIII, quæ non tantum Felicis Vrgellitani & Elipandi Toletani de *filio adoptato* ſententiam; ſed etiam cauſſam *imaginum*, in Niceno II concilio perperam definitam condemnauit. *Adelmus ad ann.* 794

*a* Zonar. 15.1. Cedren. p. 371 ſub Leonis III imperio.

*b* regnante Copronymo. Cedren. p. 381

*c* Zonaras in Anaſtaſio 14.4 *Ἀναστάσιος ἔκτισε τὸ μακρὸν λεγόμενον τεῖχος ἀπὸ τῆς μεγάλης θαλάσσης διῆκον ἄχρι τῆς Σηλυβρίας, διὰ τὰς ἐφόδους τῶν Μυσῶν ἢ Βουλγάρων, καὶ τῶν Σκυθῶν*, id eſt Murus a Ponto Selymbriam vſque ductus, vt ager Byzantinus tutior eſſet ab incurſionibus barbarorum. Adde Procop. Goth. 3. extrem. & de Aedif. 4, 9.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0095-7

niæ domini in [a] Aquitaniam, & iterum in [b] Prouinciam excurrunt, bis tamen a Carolo Martello, Magni Caroli auo repulſi, & in altera expeditione ad internecionem apud Narbonam cæſi. Hic, & pater eius Pipinus, Maior domus erat iis temporibus, queis curam imperii reges in præfectos transtulerunt, ſolo nomine ſibi reſeruato: cuius filii [c] Childericum, vltimum ex Pharamundi ſtirpe regem ſtatuerunt, eidemque exſtincto plena poſſeſſione ſucceſſerunt, quamuis nec antea illis, neque patri aut auo quidquam præter nomen, & ſecundum multorum ſententiam ne nomen quidem defuit. Carolomanno [d] religioſam vitam impe-

*a* Aquitania illis temporibus proprios duces habebat, diremta a Francia regia. Eudoni ergo duci in auxilium venit Carolus vicitque. *Paul. Diac. Langob.* 6. 46.

*b* Ibidem 6. 54. Adde de vtroque prœlio Eginhardum in vita Caroli M. ab initio.

*c* Fit rex anno DCCXLIII. *Valeſ. p.* 553

*d* Carolomannus, Caroli Magni patruus, in Ita-

imperio præferente, Pipino fratri acceſſit, quidquid ille ex paterna diviſione poſſederat, aut [a] Gripponi, fratri rebelli fuerat ademtum. [b] Turci

Italia monaſterium ſubiit, primum in monte Soracte, deinde quod S. Benedicto dicatum in Samnio eſt. *Adelmus ad ann.* 746.

*a* Grippo, ſiue Griſo, tertius Caroli filius non contentus parte, quam pater deſtinauerat, & conceſſerant fratres; ad Saxones fugit & Boiaros. *Idem ad ann.* 748.

*b* Turcorum nomen etiam antea non ignotum fuit, atque ita Theophyl. Simocatta in hiſt. Mauricii lib. 3. c. 6. Οὔννους τοὺς πρὸς Βοῤῥᾶ τῆς ἕω, *Hunnos in Oriente boreales* memorat, οὓς Τούρκους ἔθος Πέρσαις ἀποκαλεῖν, *quos Turcos bocare Perſis mos eſt.* Theophanes *pag. 264.* hos eosdem ait eſſe, qui Chazari aliis dicuntur: & Heraclio contra Perſas militaſſe. Eſto omnes Turcos eiusdem originis eſſe, & per Caucaſi portas in Aſiam ac Europam diuerſis temporibus irrupiſſe; iam vero famoſam illam & maiori mole irruptionem, non prædandi, ſed poſſidendi cauſſa factam intelligimus, de qua idem Theophanes pag.

ci ea tempeſtate, ex Tartaria per Caucaſias portas maiori mole prorumpentes, in Aſiæ luce verſari cœperunt, cum Saracenis poſt multa prœlia & pacem & religionis ſocietatem inituri. Exarchatum quoque [a] tollebant Langobardi, & ipſum pontificem Roma eieciſſent, niſi Pipinus Francorum rex pacem inter ipſum & Aiſtulfum, regem Langobardorum conciliaſſet, qua Rauenna cum Exarchatu pontifici dicitur [b] dono data, quod initium eſt poteſtatis in regiones pontificiæ. Mortuo Pipino ſucceſſere filii CAROLVS & CAROLOMANNVS; hoc quoque [c] poſt triennium defuncto ſolus CAROLVS, victoria contra [d] Deſiderium, Langobardorum vlti-

pag. 366 ad annum incarnationis DCCLVI, & Ludov. Tubero, qui annales Scythicos inſpexit, *de Temp. ſuis* p. 140.

*a* Sigon. de Regn. Ital. lia. 3. in Aiſtulfo.
*b* Adelmus ad ann. 756.
*c* Idem ad ann. 771
*d* Eginhard. in vita Caroli.

vltimum regem, ac inſtauratione occidentalis imperii & chriſtianæ in Germanis fidei, vere MAGNVS, ob merita in Romanam eccleſiam in ipſa natalitiorum ſolennitate a pontifice & populo Romano [a] auguſtus & imperator adpellatus. De eccleſia horum temporum non eſt quod illis, quæ de conciliis diximus, adiiciamus, præter conuerſionem gentium quarundam in Germania, quam Caroli regis & Carolomanni expeditionibus imputamus. Tunc augeri epiſcopatus & collegia cœpere, & alibi quoque illuſtres ſcholæ inſtitui, in quibus primas tenet Pariſina, præfectis ei Bedæ diſcipulis, Alcuino & Clemente, qui ſe nihil præter bonas litteras ex patria venum exportaſſe profitebantur. Bedæ enim illuſtris etiam hoc ſæculo fama erat, præterea Ioannis Damaſceni, & Paullini Aquileienſis: quibus

[a] ibidem fol. 442. quod factum exſpirante ſæculo ſub finem anni DCCC

bus addi par eſt hiſtoricos Georgium Syncellum & Paullum Diaconum, Warnefredi Langobardi filium. Minora concilia prouinciarum, vt Liptinenſe in Belgica ſecunda; Sueſſionenſe; Gentiliacum ſupra Pariſios in Pipini palatio habitum; Ratisponenſe & alia miſſa facimus ex Actis ſuis relegenda. De ſchiſmate Græcæ & Latinæ eccleſiæ, in dies creſcenti, dictum ſupra fuit: acceſſit hoc tempore controuerſia de [a] Symbolo & Spiritu Sancto, non leue momentum poſterioribus ſæculis certaminum & æmulationum futura.

SAE-

[a] hoc eſt, addita Conſtantinopolitano ſymbolo voce FILIOQVE. Adelmus ad ann. 767. *Orta quæſtione de Sancta Trinitate inter orientalem & occidentalem eccleſiam.* niſi iam tum in VII ſæculo hæc controuerſia gliſcebat, vt Spanhemius ad Hiſt. eccl. introd. p. 634 probauit, nondum quidem in apertum odium erumpens: futuris autem temporibus vehementius diſceptanda.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0100-1

# SAECVLVM IX CHRISTIANORVM.

CUm rebus præeſſet rex Carolus, quem Magnum vocant; [a] Irene Conſtantinopolitanis imparabat, eaque [b] expulſa NICEPHORVS, vel æquo animo, vel neceſſitate Occidentem Francis cedens, vtpote haud par tuendo Orienti, nedum vindicandis occidentalibus prouinciis. Pacem enim annuo [c] tributo a Saracenis emit; a Bulgaris vero victus, captus, obtruncatus ex [d] cranio

a Irene, filio excæcato ſuperſtes in imperio, dicitur in matrimonium expetita a Carolo; *Zonar.* 15.13. ſicut idem filius Conſtantinus Caroli filiam ambiiſſe, *Adelm. ann.* 788. certius, fœdus inter Carolum & Irenem ſancitum fuiſſe, *Adlem* 802. Inſcia matre Conſtantinum excæcatum eſſe, docet ex chron. Græco MS Carol. du Freſne ad Zonar. p. 37.

b Primum in monaſterium ſuburbanum, deinde ex eo in inſulam Lesbum. *Zonar.* 15. 14.

c Cedrenus fol. 393

d Hoc conſtanter tradunt Zonaras 15.15. Cedren.

nio ſuo dedit victoribus poculum. Propter quam infelicitatem & filius [a] STAVRACIVS, a patre pridem coronatus, imperio excidit. Succeſſor MICHAEL [b] Rangabe cum Carolo [c] fœdus renouat, poſt infelicem aduerſus Bulgaros pugnam, cum biennium imperaſſet, in mona-

dren. p. 396. Theophanes p. 416. Imperauerat annos IX.

a Stauracius, Nicephori filius, ex prœlio, quo pater occubuit, vulneratus fugiens, ſe imperatorem Adrianopoli dici paſſus eſt: Conſtantinopoli autem præteritus a ſenatu, qui Michaelem præferebat, religioni ſe monachorum dicauit. *Zonar. & Cedren.*

b Ῥαγγαβὲ vel Ῥαγκαβὲ hoc cognomen ſcribitur a Græcis. Erat autem gener Nicephori. *Cedren.*

c Adelmus Benedictus ad ann. 812. *Michael,* inquit, *pacem a Nicephoro inceptam* (cum Carolo M.) *per legatos confirmauit, Imperatorem eum & Baſileum adpellantes.* Eginhard. in Vita Caroli p. 438 *Imperatores Conſtantinopolitani Nicephorus, Michael & Leo, ultro amicitiam & ſocietatem eius expetentes, complures ad eum miſere legatos.*

monaſterium ſecedens. Nec fœdus illud cum Carolo neglexit LEO Armenius, poſt ſeptennii imperium cæſus inſidiis MICHAELIS Balbi, ſub quo Saraceni iterum movent, & Hiſpanienſes quidem [a] Cretam occupant, inde Cycladas & Peloponneſum infeſtantes; Africani vero Siciliam inuadunt, & ipſas Italiæ oras, Calabriam præſertim & Apuliam opprimunt, poſtquam [c] Dalmatia quoque a Byzantinis defecerat. Nam ciuili bello cum [d] Thoma quodam acerrime geſto ita confectæ vires imperii erant, vt barbaris reſiſti non potuerit. Nec felicior Saracenico bello [e] THEOPHILVS fuit, poſt IX fere annos ſuccedens patri Michaeli; poſt XII

E ſui

a Zonaras lib. 15. cap. 24.
b Idem cit. loco.
c Præter Zonaram & Cedrenum etiam Adelmus memorat ad ann. 806
d Grauiſſimum hoc bellum Zonaras ſcripſit & Cedrenus.
e Idem Zonaras lib. 15 cap. 26 ſeqq.

ſui imperii, exſtinctus mœrore, cuius vidua [a]THEODORA pro filio impubere [b]MICHAELE regnans pacem cum Bulgaris habuit, quod principis Bulgari ſoror capta, & Byzantii cuſtodita, [c] chriſtianæ ſe religioni addixerat, & ſuis reſtituta auctor fuerat, vt eandem fidem profiterentur. Non autem diutina pax Bulgarorum fuit, ſed quamuis [d]BASILIO imperante, cui Macedonis cognomen ex patria eſt, quietem Græcis præſtiterunt; tamen [e]LEONEM Philoſophum, filium Baſilii, denuo adgreſſi in fugam verterunt,

a Idem lib. 16 ineunte.

b Etiam hic Michael adultior factus, imperauit ſolus, matre in monaſterium expulſa: oppreſſus tandem a ſucceſſore Baſilio. *Zonar.*

c Idem Zonaras 16.2, Cedrenus p. 443

d Imperauit Baſilius annos XIX. Periit in venationibus a ceruo ictus. *Zonar.* 16,11.

e Idem lib. 16. cap. 12. Cognomen habuit ex philoſophiæ ſtudio. *Conſtantin. Manaſſ.*

terunt, qui [a] Turcos & Vngros, Iſtri accolas, ad opem ferendam arceſſens, triſti exemplo barbaris aperuit imperii Romani fores. Hæc facies rerum circa partes Orientis erat. Carolus autem [b] diuturno bello deuictis Saxonibus omnem Germaniam cœleſti doctrina illuminari curauit, quæ in ſeptentrionem

 etiam

a Idem Zonaras c.l. δώροις τοὺς Τούρκους ἔπεισε περὶ τὸν Ἴστρον, οἳ καὶ Οὔγγροι καλοῦνται, τοῖς Βουλγάροις ἐπεξελθεῖν, *Turcos Iſtrum accolentes, qui & Vngri vocantur, muneribus impulit, vt Bulgaros adgrederentur.* Turci hi Vngri ſiue Hungari vocantur, quod forſan ex eadem patria profecti ſunt: non autem confundendi cum Turcis orientalibus, ad quorum diſcrimen Zonaras 18.27 (ſiue Baſil. ed. p. 243) hoſce vocat Τούρκους πρὸς ἑσπέραν, *occidentales Turcos.*

b Non ſemel, ſed quartum, quintum, cum ſæpius rebellaſſent, deuicti a Carolo Saxones, vt vltra x x x annos bellum extractum fuerit. *Adelmus.* De veteri autem Saxonia eiusque finibus vide Geographiam medii ævi.

etiam ad [a] Danos & Sueones diffudit ſplendorem, [b] ſcholis inſtitutis & cathedralibus eccleſiis, vt nunquam deeſſe poſſent, qui diuinitus acceptam doctrinam ad poſteros propagarent. Hiſpaniæ contra miſerabilis conditio erat, Saracenis maiorem eius partem tenentibus, qui hoc firmiorem in ea ſedem figebant, quo maior ſpes, diuiſo chalipharum imperio, poſſidendi illam & poſteris relinquendi adparebat. Ex vno enim ſupremo chaliphatu non [c] duo tantum ſurrexerunt, quorum ſedes Bagdadum & Cairo erant; ſed & horum vicarii in Perſide, Lybia, Mauritania, Hiſpania, excuſſo iugo,

a Hoc ſub Ludouico Pio, Caroli Magni filio euenit. *Alb. Cranzius Metropol. 1. c. 19.*

b In Italia Pauienſis, Patauina, Bononienſis ſchola: in Anglia Oxonienſis, Cantabrigenſis: in Germania Oſnabrugenſis (de qua Cranzii Metrop. 1. c. 2) & Canonicorum collegia plurima, ſub Carolo & Ludouico filio inſtituta: item abbatiæ & monaſteria, vt eſſent officinæ litterarum.

c Scalig. Can. Iſagog. fol. 139.

go, quisque ſe pro rege geſſit, & provinciam, quam acceperat, vt ſuam & nunquam amittendam confirmabat. Partem tamen Hiſpaniæ, quæ ſeptentriones ſpectat, & montibus impedita eſt, vtcunque potuere, Aſturiæ & Suprarbiæ reges defenderunt, nec qui ex his iſto ſæculo exorti ſunt, noui reges [a] Nauarræ neglexerunt. Nordmanni etiam prædones hoc primum tempore ex aquilone excurrentes Belgicæ litora & Neuſtriæ infeſtarunt, grauiores ſub finem ſæculi Francorum prouinciis futuri, quæ nunc varie diuidi ſub Caroli nepotibus cœpere. Mortuo enim ad Aquas grani magno hoc victore, quod XLVII regni anno; decimoquarto auguſtæ digni-



[a] Qui ad Pyrenæi iuga refugerant Chriſtiani, regnum ibidem conſtituerunt, quod S prarbiæ, Pompelonenſe, & tandem Nauarræ adpellatum fuit, Ennico Ariſta primum id nominis vſurpante anno 839. *Vaſæus cap. 17*

dignitatis contigit; reliquis [a] filiis pridem exſtinctis LVDOVICVS ex aſſe heres fit imperii & regnorum, præſertim cum [b] BERNARDVS, qui Italiam regundam ab auo acceperat, læſæ maieſtatis crimine poſt paullo oppreſſus fuit. Hic imperator ab ſtudio religionis & in eccleſiam meritis PIVS cognominatus, [c] Sclauos, Danos, Britannos, Saracenos vincit, a filiis vero [d] nefario bello victus in monaſterium coniicitur, vnde ab optimatibus liberatus imperioque redditus decedit illius anno XXVII, ætatis LXIIII. Filii poſt ciuile [e] bellum ita tandem poſſeſſiones

a Carolo & Pipino.

b nepos Magni ex Pipino filio, de quo Regigino conſulatur ad annum DCCCXVIII.

c De his bellis & victoriis Adelmus ad ann. DCCCXV & ſeq.

d Vide anonymum de vita Ludouici cap. 14.

e prœlio acriter commiſſo ad Fontenetum Burgundiæ, victus eſt Lotharius a fratribus. *Herm. Contract.* ad an. IↃCCCXL, & *Aemil.* l. 3. p. 105

nes diuiſerunt, vt LOTHARIVS Italiam [a] vtramque Romanam & Langobardicam, cum Auſtraſia & Narbonenſi Gallia: LVDOVICVS Germanicum regnum cum Pannonia; CAROLVS, Caluus cognomine, Galliam reliquam acciperet ſiue occidentale regnum Francorum. Et Lothario poſt XV annos [b] religioni ſe dante, rurſus in filios diſtributa hereditas, LVDOVICO II Italiam cum imperatoria dignitate: CAROLO Galliam Narbonenſem & Burgundiam: LOTHARIO ſortito Auſtraſiam ab ipſo vel patre nomen *Lotharingiæ* habentem. Primus decedens Carolus maiori fratri Prouinciam ſiue Galliam Narbonenſem; minori Burgundiam reliquit, quo mor-



a Langobardia, quamquam ſubiugata erat a Carolo Magno: manſit tamen ſeparatum ab reliqua Italia regnum.

b anno ICCCLV *Regino*, & *Aemil.* l. 3. p. 106.

mortuo Lotharingiæ regnum [a] diuiſum fuit, & pars Gallica Carolo patruo, qui Calui cognomen habuit; pars Germanica fratri Ludouico, Romano imperatori ceſſit, cuius poſſeſſiones ſine liberis defuncti cum imperatoria dignitate CAROLVS Caluus fratri ſuo, defuncti maiori patruo, pontificis ope [b] præripuit, & abſciſſa Narbonenſi Gallia, cui [c] BOSONEM, vxoris fratrem, regem dedit, quæ initia ſunt Arelatenſis regni; cetera cuncta in filium LVDOVICVM [d] Balbum transferri voluit, qui vero imperator fuit [e] ſine Roma & Italia. Nam CARO-

LOMAN-

a Aimonii continuator cap. 25 ſingulas vrbes vtriusque partis recenſet.

b Aimoini contin.cap. 32 & Regino ad ann. IↃCCCLXXIIII

c Idem Regino ad annum IↃCCCLXXVII

d Cognominatus inde fuit, quod *impeditioris & tardioris eſſet eloquii*, Regino.

e Hæc cauſſa eſt, vt multi ex faſtis imperatoriis expungant. Regino ait, tantum *in regnum* patri ſucceſiſſe.

LOMANNVS, Ludouici Germanici regis filius, inique ferens cum fratribus, præreptam patri hereditatem; [a] Italiam occupatam rexit, ſine tamen imperatorio nomine. Hic a patre acceperat [b] Boiariam & Pannoniam, ſicut frater LVDOVICVS orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Friſiam & partem regni Lotharingici; CAROLVS autem Alemanniam & ciuitates transrhenanas: verum ita tribus regnis diviſa Germania in vnum mox rediit, defunctis fratribus CAROLO ſuccedente, cui ventris obeſitas Craſſi cognomen dedit. Nec Germaniæ tantummodo regnum coniunxit, ſed in Italiæ quoque hereditatem venit, [d] Carolomanno, maiori fratri,

E 5

*b* Aimoini contin. cap. 32. & Regino.

*c* Hæc diuiſio ex Regione eſt ad an. IↃCCCLXXXVI extr.

*d* Anno IↃCCCLXXX mortuus eſt Carolomannus: ſequenti IↃCCCLXXXI Carolus Italiam in deditionem accepit & Romæ imperator creatus eſt. *Regino.*

tri, ſuccedens; & in [a] Gallicanam, Ludouici Balbi filiis, Ludouico & Carolomanno, fataliter exſtinctis. Felix ſic ſucceſſione, non autem imperio fuit, quippe animo & corpore marceſcens diſplicuit proceribus, Germanis [b] ARNVLFUM, Carolomanni nothum filium ſufficientibus; Italis ciuili diſcordia in factiones ſciſſis; & Neuſtriæ partem [c] Nordmannnis ex pacto impetrantibus.

a Ludouicus, Ludouici Balbi filius & ſucceſſor, moritur ɪↄccclxxxiii: in eius locum ſufficitur frater Carolomannus, qui interea Burgundiam rexerat & Aquitaniam. nam & hæc per Magnum Carolum ad Galliam reducta erat. Hoc ab apro, ſequenti anno, inter venationes occiſo, optimates Carolum imperatorem in regnum inuitant, vt contra Nordmannos tueatur. *Aimoin. Contin.* c. 40. & *Regino.*

b Anno ɪↄccclxxxvi Arnulfus ſubrogatur: pridie idus Ianuarias ſubſequentis anni moritur imperator Carolus. *Reginо.*

c Sigebertus Gemblacenſis ad annum

tibus. Maiores ceteris turbæ in Italia erant, [a] BERENGARIO, Foroiulienſi; & [b] GVIDONE, Spoletino duce, de regno dimicantibus illo Inſubrum, hoc Romanorum ſubnixo auxiliis. Pellitur Berengarius, revertitur & vincit Arnulfi ope: rurſus a LVDOVICO, Boſonis filio, quem Itali arceſſiuerant, fugatur: ſed breui poſt capit, quem fugerat, & [c] luminibus priuat. Gratum diſſidium



IↃCCCLXXXVIII. ac Mich. Ritius refert ad tempora Caroli Simplicis. Conciliationi eſt Aemil. lib. 3. p. 110. 113.

a Berengarius bis fugatus a Guidone, bis reductus ab Arnulfo. *Regino.* adde *Boxhorn. p. 504. Hiſt. Vniſ.*

b Pulſo Berengario Guido imperatoris nomen ſumſit, Ticinique ſedem potentiæ collocauit. Fugatus tandem cum filio Lamperto, quam etiam regnaſſe Regino tradit, ſanguinis vomitu exſtinguitur.

c Errant multi veteres & noui ſcriptores, qui hunc Boſonis Ludouicum excæcatum cum filio & ſucceſſore Arnulfi, eiusdem nominis, confundunt. Lege Reginonem, Sigebertum & Ottonem Friſing. lib. 6. c. 14. 15.

hoc barbaris fuit, hinc Saracenis, illinc Vngaris, nouo hoſti, Italiam ſpoliantibus. Non felicior fuit respublica litteraria, ad paucitatem redactis, qui conſultum ſtudiis irent, vbique gentium barbarie inualeſcente, quamquam ſcholis inſtitutis in rectum nitebantur cordati imperatores. Aliquantum nomen ex litteris adepti ſunt [a] Eginhardus & [b] Theodulfus Carolo Magno æquales, ille in aula eius verſatus; hic Aurelianenſis epiſcopus: Agobardus Lugdunenſis antiſtes ſub Ludouico Pio: Haymo diſcipulus Alcuini, abbas Fuldenſis, & Halberſtadienſis epiſcopus: Rabanus Maurus, Haymonis in cœnobio contubernalis, abbas poſtea Fuldenſis, Moguntinus tandem archiepiſcopus: Servatus Lupus, [c] Ferrarienſis abbas: Wala-

[a] Scriptor vitæ Caroli Magni, & vt quidam aiunt, gener.

[b] Theodulfi opuſcula Sirmondus vulgavit.

[c] Ferraria abbatia Galliæ in Vaſtinio tractu, XXIII leucis a Lutecia in meridiem.

Walafridus Strabus, abbas [a] Augienſis: Anaſtaſius Bibliothecarius, præter alia pontificum vitas ſcribendo perſecutus: Hincmarus archiepiſcopus Rhemenſis: & [b] Aimoinus monachus, Francicarum rerum ſcriptor notiſſimus. Hi ita bonis litteris dederunt operam, vt irruentem barbariem haud potuerint propulſare, vt vel ſtilus eorumdem argumento eſt. In Græcia inclaruerunt ſcriptis monumentis Theodorus [b] Studites, Nicephorus & Photius, Conſtantinopolitani patriarchæ, ille compendiariæ chronographiæ auctor; hic Bibliothecæ excerptæ, Nomocanonis, & plurium epiſtolarum: & ipſe imperator Leo VI, philoſophi nomen a doctrina conſecutus, ſcriptor Τακτικῶν iuxta & Βασιλικῶν. Photius in primis



*a* Augia abbatia in inſula lacus Acronio cohærentis prope Conſtantiam.

*b* Voſſius in IX, Spanhemius in X ponit.

*c* Cognomen a Studio eſt, monaſterio Conſtantinopolitano. ἡ τοῦ Στουδίου μονή. *Zonar.* 15, 14.

doctrina eminuit, qua etiam tantam inuidiam, vt fit, contraxit, vt [a] tribus vix conciliis iudicari controverſia potuerit, Romanis laicatum & neſcio quid obiicientibus. Nec leuior in Gallis controuerſia Prædeſtinatiana erat, occaſionem præcipuam præbente Godeſchalco, monacho in Rhemenſi diœceſi, etiam conciliis aliquot agitata, [b] vt Cariſiaco, Valentino III & Lingonenſi II,

a Conſtantinopolitani Ignatium depoſuerant, ſuffecerant Photium. Reclamabant Romani & alii, qui Ignatio fauebant. Tria in regia vrbe concilia coguntur. Primo confirmatur Photius, damnatur Ignatius: ſimul canones de moribus eduntur, quod inique ferunt Romani, qui ſummo ſtudio laborant, vt ſecundum concilium Ignatio plus, quam Photio, ſuccurrat: tertio iterum Photius confirmatur; reiicitur Ignatius, indignantibus, qui ſtudent partibus Romanis. Vide Acta & Canones, & adde Spanhemium Hiſt. eccl. p. 861. ſeq.

b Cariſiacum villa & palatium ſupra Iſaram, Concilium habitum eſt anno IↃCCCXLVIII. *Valeſ. Notit. Gall.*

ri, Hincmaro Rhemenſi aduerſus Godeſchalci doctrinam pugnante: defendentibus contra Remigio Lugdunenſi, Seruato Lupo atque aliis. Cetera quæ ad eccleſiam pertinent horum temporum, ſupra in conciliis & certaminibus ſunt expoſita.

# SAECVLVM X CHRISTIANORVM.

LAcer ſtatus Occidentis erat exorto nouo ſæculo. Late per Hiſpanias dominati Arabes in regnis ſuis, Toletano, Cordubenſi,[a] Cæſarauguſtano perpetuis Chriſtianos bellis vexabant, nec Gallias vaſtare deſierant Nordmanni, quibus inualidi reges opponebantur CAROLVS Simplex, Balbi Ludouici filius, ODONIS, ſub finem ſuperioris ſæculi exſtin-

a Vt Cordubenſe & Toletanum Saracenorum regna vbique in Hiſpaniæ annalibus memorantur: ita Cæſarauguſtanum hoc demum ſæculo innotuit. *Vaſæus.*

ſtincti, ſucceſſor, ab [a] Heberto ſeu Hugone captus & in carcerem coniectus: & RODVLFVS Burgundus, ac [b] Transmarinus LVDOVICVS, Caroli Simplicis filius: & medio ſæculo [c] LOTHARIVS, Transmarini filius, & hunc ſecutus LVDOVICVS V, Lotharii filius, breuis rex imperii, & vltimus ſtirpis Carolinæ, quem HVGO CAPETVS excepit, novam ſtirpem inferens in domum regnatricem. Nec Germania intacta malis

a Mich. Ritius Reg. Franc. lib. I. extr. Hebertum vocat, Viromandorum regulum. non autem ipſe regno potitus fuit, ſed Franci Rodulfum Carloni Burgundici ducis filium ſibi regem crearunt: Carolus autem mortuus in vinculis.

b In Angliam fugerat patre in vincula coniecto: vnde reductus Rodulfo mortuo, *Transmarini* nomen habuit. Sororem ducit Ottonis I, Rom. imperatoris, qui pulſum a ſuis reſtituit. *Ritius c. l. & Friſingenſ. 6. 19.*

c Lotharius XXXII annos regnauit: mortuus IↃCCCCLXXXVII.

malis fuit, aut Britannia, hanc [a] Nordmannis æque adfligentibus ac Gallorum Franciam; illam Vngris irruentibus primo ſtatim [b] anno LVDOVICI imperatoris, Arnulfi filii, in quo poſt XII annos Germaniæ reges ex Caroli Magni ſtirpe maſcula defecerunt, vno ſuccedente CONRADO, Franciæ orientalis duce, qui materno genere ad Magnum referri potuit, [c] bello autem inteſtino vexatus, curam Italiæ & imperatoriæ dignitatis poſthabuit, quemadmodum etiam ſucceſſor HENRICVS AVCEPS, qui primus in Saxonum gentem regium Germanorum nomen intulit, Vngrorum victor in campis [d] Merſeburgicis, & auulſæ recupe-

a Dani vocantur Matth. VVeſtmonaſterienſi, qui Britanniam inſederant & adfligebant.

b qui vltimus annus erat ſuperioris ſæculi. De Vngrornm incurſione Schafnaburg. p. 155

c Luitprandus lib. 2. cap 9.

d Otto Friſing. 6. 18. Luithprand. 2. 9.

cuperator [a] Lotharingiæ, munitorque plurimarum in Saxonia vrbium. Filius autem OTTO Magnus priſtinam felicitatem Germaniæ reduxit victo [b] Berengario II Italiæ rege, & [c] Sclauis Boiohœmi ſub iugum miſſis, adiecit quoque regno cherſoneſum Cimbricam, & Belgicas prouincias in deditionem accepit, longeque remouit gentem Vngarorum. Eccleſiam quoque inſigniter iuuit Archiepiſcopatum [d] Magdeburgi conſtituens, & plures epiſcopatus, Miſnenſem ad Albim, [e] Merſeburgenſem ad Salam, [f] Citicenſem ad Eliſtrum, defun-

a Continuator Reginonis anno 924 *Carolus & Henricus apud Bonnam pacem facientes fœdus ineunt, & Carolus nunquam ſibi amplius Lotharienſe regnum vſurpaturum promittens, regreditur.*

b Sigonius Regn. Ital. lib. 7, ann. 964

c Friſingenſis 6. 19. qui etiam de Belgica deditione, & Vngarorum clade teſtis eſt.

d Cranz. Metropoli lib. 6. c. 12

e Brotruf. lib. 2. Mutius lib. 13. extrem.

f præter annales etiam lapide cathedralis templi teſtante.

defunctus tandem anno ſæculi DCCCCLXXIIII, cum XXXVI imperaſſet. Partam patriæ gloriam conſeruarunt OTTONES II & III, filius ac nepos, ille [a] Lotharii Galliæ regis, hic [b] pontificiæ ſeditionis, non ſecus ac [c] auus, coercitor. Italia ab Ottonis imperio in ſocietatem felicitatis Germanorum venit: antea miſere turbata & ab regibus ſuis dilacerata. Berengarii enim miranda fata nunc exſulis, nunc cum hoſte diuiſum regnum habentis, ſuperiore ſæculo recenſuimus, quamuis etiam in hoc tempus pæne multa eius incurrant. Huius enim ætatis ſecundum Sigonium eſt, quod LVDOVICVS Boſonis eum grauiter adflixit, mox oculis ereptis ipſe adflictiſſimus; &

RODVL-

a Siffridus, & Cranzius 4 Saxon. c. 18.

b Idem Sax. 4. 24.

c Otto I papam Ioannem depoſuit, & Leonem ſubſtituit. *Luithprand. 6. 8 ſeq. Friſingenſ. 6. 23. Gemblac. p. 584. Liuthprand. 6. c. 6, 7.*

[a]RODVLFVS Burgundus eum interemit Flamberto cædis adminiſtro. Nec vero Berengarii ſanguine exſtincta eſt Italorum diſcordia, ſed contra Rodulfum arceſſitus HVGO comes Arelatenſis intutum regnum habuit, nunc Rodulfo ab Italis repetito; nunc Arnoldo Boiariæ duce in ſpem regni ſollicitato. His perfunctus ſeditionibus Hugo LOTHARIVM filium ſibi adiungit, qui, poſt XIIII annos patre in Prouinciam regreſſo & breui poſt mortuo, ſolus biennium regnauerat, cum morbo confectus ex vita quoque exceſſit. [b]Medium fere ſæculum erat, cum [c]BERENGARIVS II, primi ex filia nepos, Veronæ rex Italorum crearetur, quem duodecimo poſt anno, vna cum filio ADELBERTO, regni ſocio,

a Sigonius lib. 6 Regn. Ital. huius & ſequentium vitas accurate ſcripſit.
b Annus ſæculi XLIX ſecundum Sigonium.
c De hoc & filio Sigonius ſub finem lib. 6 de Regn. Ital.

cio, OTTO I, Germanorum princeps oppreſſit, & patriæ ſuæ Italiam cum auguſti nominis dignitate coniunxit. Sic nouum Italorum regnum, Germanico oppoſitum, exſpirauit, cuius ſedes non Romæ, ſed Veronæ aut Ticini fuerat. Tunc quoque [a] Calabriæ & Apuliæ partes, quas Græci adhuc tenuerant, ad occidentis imperium reducuntur, & ſecuræ poſſeſſioni adfinitate conſulitur, Nicephori Byzantini imperatoris [b] priuigna in vxorem Ottoni filio petita, quamquam [c] male hic poſtmodo iisdem in locis a Græcis eſt exceptus. Sed altius res Græcorum nunc repetendæ ſunt.

Leoni philoſopho ſucceſſerat frater [d] ALEXANDER, huic altero

*a* Sigonius lib 7. ad ann. IↃCCCCLXIX & Cranzius Metrop. 3.31.

*b* Continuatio Regionis extrem. & Cranzius c. l.

*c* Sigebertus p. 586, & Sigonius lib. 7. p. 181.

*d* Zonaras 16. 15.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0123-8

tero anno [a] CONSTANTINVS VIII, filius Leonis, qui Bulgarorum bello ſuorumque inſidiis fatigatus, [b] ROMANVM Lacapenum ſocium imperii ſumit, ſub quo primum in hiſtoriis [c] Croati & Serui memorantur, qui paullo ante videntur in Illyrium & Mœſiam ex Scythia irrupiſſe, Croatiæ & Seruiæ regna in illis locis condituri. Pulſo [c] Lacapeno ſolus iterum [d] regnat Conſtantinus, filiumque ROMANVM ſucceſſorem relinquit, quo poſt tres annos defuncto NICEPHORVS PHOCAS imperator fa-

a ibid. *Zonaras* lib. 16 cap. 18. Cognomen Λακαπηνός. Erat ſocer Conſtantini.

b Zonaras in Lacapeno de Simeone Bulgarorum principe: κατὰ τοῦ ἔθνους τῶν Χρωβάτων ἐστράτευσε, & in Michaele Duca lib. 18. cap. 17. τὸ τῶν Χρωβάτων ἔθνος, οὓς δὴ καὶ Σέρβους τινὲς καλοῦσι.

c XXVI annos cum genero regnauerat. *Zonar.* 16. 22

d Conſtantinus cum patruo & matre XIII, cum ſocero, regnauit. *Zorar. l.*

factus [a] Cyprum, Ciliciam, & magnam Syriæ partem, victis & eiectis Agarenis, recuperat: percuſſor huius & ſucceſſor [b] IOANNES TZIMISCA Ruſſorum, Scytharum & Saracenorum terror, auxit res recuperatas; etiam [c] BASILIVS, Romani filius, Conſtantini nepos, Iberos, Phœnices, Syros, Bulgaros in poteſtatem Romanorum redegit, vt auſpicatum & felix fuerit extexternis bellis Græcorum vergente ſæculo imperium. Eſt quoque, quod eccleſia ſibi ex hoc tempore gratuletur. Non vna enim barbarorum gens ad Chriſtum nunc conuerſa dicitur: [d] Nordmanni, cum Carolus Simplex in Francia regnaret, Rollone duce nuptiis regis filiæ ad ciuile & ſacrum religionis fœdus per-

a Zonaras 16.24.

b Zonaras lib. 17 ineunte huius Tzimiſcæ victoris enarrat: veneno ſublatus eſt, cum ſex annos & dimidium imperaſſet.

c Idem Zonaras 17.5.

d Ritius de Reg. Franc. lib. 1. extrem.

perducto: [a] Vngri, quos Turcos etiam ætatis illius ſcriptores vocant, cum Conſtantinus VIII rebus Orientis præeſſet: [b] Ruſſorum quoque, qui nunc [c] Moſcoui vocantur; & Polonorum profeſſio christiana ad hæc tempora potius, quam ſupe-

*a* *Zonaras* lib. 16. cap. 21. Adde quæ de Turcis ad ſæculum IX pag 95 diximus. Vngri autem ſunt Vngari ſiue Hungari. In Pannonia enim & ad Iſtrum ſedes habuiſſe tam Cedrenus, quam Zonaras teſtes ſunt, Ille f. 548 *οἱ πρὸς δύσιν ἐν Παννονίᾳ κατῳκημένοι Τοῦρκοι*: hic in Leone Philoſopho, *Τοῦρκοι, οἱ περὶ τὸν Ἴστρον, οἱ καὶ Οὔγγροι καλοῦνται.*

*b* Idem Zonaras Ruſſorum conuerſionem in ſæculo IX in Baſilio Macedone recenſuit: contra Spanhemius Hiſt. Eccleſ. d. 769 & 910 diſputat ſub finem X ſæculi integram gentem ad Chriſtum adductam eſſe. Adde eundem de Polonis.

*c* Vel nomen hodie teſtatur Ruſſos & Moſcouos eosdem eſſe, vt adeo Liuthprandus caute interpretandus ſit lib. 5. c. 6. *gentem*, inquiens, *quam a qualitate temporis Græci vocant Ruſſos, nos poſitione loci vocamus Nordmannos.*

ſuperiora pertinet, quamuis non negemus, raros chriſtianos etiam in illis gentibus fuiſſe. [a] Danos etiam boreales, & Liuones ac Sueonas maiori tum euangelii lumine perluſtratos eſſe, proditum in hiſtoriis eſt. Nec vero leuia damna erant, quæ eccleſiam premebant, invaleſcens in dies ſuperſtitio, impietas [b] pontificum, ruditas monachorum, & omnium qui ſacris operam addixerant, vt rari admodum fuerint, quorum litteraturam poſteritas commmemoret. Oriens Conſtantinum habuit, Porphyrogennetum vulgo cognominatum, qui neglectis fere imperii habenis totus fuit in litteris: Alexandria Saido ſiue [c] Eutychio

 tychio

a Sub Henrico & Ottone, *VVittichind. lib.* 1. *&* 3 *pag.* 19. *&* 47. Adde Spanhem. c.l.

b Adi vel ſolum Liuthprandum lib. 6. cap. 6, quod nec Baronius diffitetur, intruſos fuiſſe in Romanam ſedem homines *monſtroſos, turpiſſimos, vſquequaque fœdiſſimos* &c.

c Eutychius eſt Græcum nomen: gentile *Saïd*, quod *felicem* ſonat Arabice.

tychio Batricide variis litterarum monumentis claro gloriata eſt. Occidens ſterilior fuit, nec fere quemquam habuit, qui ſcribendo adeptus nomen ſit, præter annalium rudi ſtilo conditores Reginonem & Frodoardum, abbates, Liuthprandum, diaconum Ticinenſem, Wittichindum monachum Corbeienſem, & paucos alios.

## SAECVLVM XI
### CHRISTIANORVM.

SUperiore ſæculo virtus Græcis videbatur rediiſſe: nunc rurſus ignauia perduntur, quæcunque tot prœliis & periculis recepta fuerant. CONSTANTINVS, Baſilii Porphyrogenneti frater in imperio collega, dum ſolus nunc rerum potitur, [a] Pazinacas & Saracenos vincit: at

[a] Frequens his temporibus Pazinacarum, Scythicæ gentis, mentio. Trans Danubium colebant, vbi nunc VValachia eſt & Ruſſia minor.

at proximus ſucceſſor, ROMANVS[a] Argyropolus ab iiſdem barbaris grauiter adflictus Syriam perdit [b] Chalepi principe, quidquid Chriſtianorum erat, quoquo verſus occupante. Quod per [c] ſcelus invaſerat MICHAEL IIII, natione Paphlago, imperium, poſt ſeptennium pietate deponit in aſcetarum diſciplinam inuita vxore ſecedens. Nec MICHAEL V ſiue Calaphates quidquam egit imperatore dignum, & ne agere in poſterum poſſet, ſeditione deiectus eſt & luminibus priuatus. Sub CONSTANTINO monomacho [d] Turci, qui per



a Ἀργυρόπωλος, quaſi argentarius.

b Vrbs Syriæ Χάλεπ, Aleppo nunc vocatur: tum ſedes Turcorum principis. Ceterum hæc & quæ dicentur, potiſſimum ex Zonaræ annalibus ſunt, quod ſemel indicasſe ſufficiat.

c Adulterii ſcelus, ſuperſtite Romano.

d Turci orientales, quos ſolos hodie hoc nomine adpellamus: non occidentales & Iſtri accolæ, de quibus ſupra non ſemel dictum fuit.

Perſidem ſe infuderant, totum Orientem occupant, & ab occaſu Nordmanni [a] Apuliam, Germanis nuper a Græcis extortam, inuadunt ac poſſident. MICHAEL Stratioticus, miles melior, quam imperator, altero anno abdicare ſe cogitur, ſicut ISAACIVS Comnenus poſt biennium palatio [b] Studienſe monaſterium, & purpuræ monachi habitum anteposuit. CONSTANTINI DVCAE exercitum delent [c] Vzi, Scytharum gens, & ex Macedonia vſque prædam abigunt, quamquam mox omnes deleti ab Vngris ſunt & Scythis Pazinacis. [d] ROMANVS quidem DIOGENES, quem auguſta maritum legerat Con-

a Apuliam & Calabriam Germanos recuperaſſe amiſiſſeque, ſupra in Ottonibus dictum eſt. De Nordmannorum inuaſione Sigonius lib. 8.

b Vide ſupra pag. 105

c Zonaras lib. 18. c. 9. in hoc imperatore.

d Huius Romani victorias lege apud Zonaram 18. 11.

Conſtantino mortuo, aliquamdiu repreſſerat Sultanum, victricibus armis ad Euphratem progreſſus: grauia tamen poſt hæc paſſus eſt, nec Iconium ſolum, futuram Turcorum regiam, aut ſolos [a] archiſtrategos interceptos vidit, ſed ipſe quoque captus a Turcis, a [b] ſuis autem crudeliſſime excæcatus fuit, [c] mitiorem ſic hoſtem, quam domeſticos expertus. Ex illo tempore cum MICHAEL [d] DVCAE imperaret, non amplius prædabundi prouincias Turci inua-



*a* Erant Manuel Comnenus, imperatoris fratre genitus: & Baſilacius. *Zonar.*

*b* Captus a Turcis, liberaliter habitus, atque dimiſſus pace facta: redux ex captiuitate in itinere a Conſtantinopolitanis, Andronico auctore, opprimitur, & oculis priuatur. *Zonar.* 18. 15.

*c* Conſtantinus Manaſſes p. 254. ed. Meurſ.

Ελέγχει γὰρ αὐτογενεῖς τῷ βασιλεῖ προδότας
Ρωμαίους ὁ τριβάρβαρος ἀλλόφυλος συμφύλους.

Γίνεται προμηθέστερος αὐτῷ καὶ τῶν οἰκείων,
Καὶ κηδεμονικώτερος αὐτὸς τῶν ὁμογνίων.

*d* Conſtantini Ducæ filius, ὁ τοῦ Δούκα.

debant, ſed vt ſubacturi & poſſeſſuri, cum nemo eſſet, qui reſiſteret. Non a longinquo nunc hoſtis terrebat, ſed Bithyniam ingreſſus, [a] Niceam & alia oppida occupauit, nec ALEXIVS Comnenus, qui [b] NICEPHORVM Botoniatem deiecit, prohibere potuit, ne [c] inſulæ partim deficerent, partim ab hoſtibus ſubigerentur. Non enim a Turcis ſolis premebatur, ſed a Francis quoque ſiue [d] Nordmannis ad Epidamnum victus & caſtris exutus fuit.

In Occidente Ottonibus ſucceſſerat HENRICVS Sanctus, dux Boiariæ, conditor Bambergenſis epiſco-

*a* Vnde eſt, quod ſacri belli militibus hæc vrbs in tranſitu expugnanda fuit.

*b* Nicephorus ſucceſſit Michaeli: Nicephoro Alexius.

*c* Cyprus, Creta, Chios, Lesbus, Samus, Rhodus: quanquam poſtea recuperatæ a Græcis. *Zonar.* 18. 22.

*d* Robertus Apuliæ & Calabriæ dux, contra Alexium in Græcia, bellum geſſit. *Zonar. c. l. & Sigon. lib.* 9.

ſcopatus, qui[a] Nordmannorum auxilio Apuliam Græcis erepturus male conſuluit Italiæ ſecuritati, ſedem in ea & dominationem figentibus, qui auxilio venerant. CONRADVS II ſiue Saliquus, Francus genere, [b] Burgundiam, quæ per annos plus quam CXXX ſuæ gentis reges habuerat, imperio adiungit, ex pacto vel teſtamento Rodulfi III, regum ex illa gente vltimi. HENRICVS III, ſiue Niger, [c] Vngaros, Polonos, Bohœ-



a Herman. Contractus ad annum CIↃXXII, & Bertoldus Conſtantienſis principio continuationis.

b Idem ad ann. CIↃXXXII, & Sigeb. Gemblac. ad ann. CIↃXXXIIII, & Otto Friſing. 6.30.

c Immo regnum Vngariæ Henrico traditum fuiſſe, idem Hermannus Contractus, grauis ſcriptor illorum temporum, refert ad annum CIↃXLV. *Petrus*, inquit, *Vngarorum, Henricum regem ad ſe inuitatum magno paratu ſuſcepit, eique regnum Pannoniarum, principibus Vngarorum fidelitatem illi & ſucceſſoribus iuramento firmantibus, reddidit.*

Bohœmos compeſcit, & tres vitio creatos [a] pontifices & de ſacerdotio altercantes deponit, [b] totidem novos conſtituit, iure iurando pollicentibus Romanis, ſe [c] ſine imperatoris conſenſu nunquam electuros eſſe antiſtitem. Quem vltimum conſtituit & contra Nordmannos defendit, Leo IX fuit, [d] primus pontificum, qui armis ſe tueri & bellum gerere, quamquam infelici ſucceſſu, auſus eſt. Quinquennium ſupra medietatem ſæculi erat, cum HENRICVS IIII, puer admodum, patri ſuc-

a Sigebertus ad ann. CIↃXLVI, *Romæ vno contra duos, & duobus contra vnum de papatu contendentibus, rex Henricus contra eos Romam vadit, & eis canonica & imperiali cenſura depoſitis* &c.

b Bambergenſem primo epiſcopum, Clementem II; deinde hoc mortuo Damaſum II; & tandem Leonem IX.

c ſunt verba Sigeberti Gemblacenſis c.l.

d Hoc accurate, vt ſolet, expoſuit Caſp. Zieglerus in *Epiſcopo milite in vet. eccl. inviſo*, cap. XI.

ſucceſit,[a] longo quidem, ſed infelici imperio vſus, a papa Hildebrando, qui Gregorius VII dici volebat, & RVDOLFO anticæſare [b] atrociter agitatus, & a ſuo tandem [c] filio, exacto ſæculo, depulſus in exſilium. Cetera Europæ regna minore hiſtoriarum luce illuſtrata ſunt, præſertim ſeptentrionalia. Angli ex Neuſtriæ Nordmannis nunc nouos reges accipiunt. In Francia Hugonem Capetum, nouæ familiæ conditorem, ROBERTVS filius, ſub initium ſæculi excepit, hunc a XXXIII annis filius HENRICVS, & poſt XXIX annos huic ſucceſſit filius [d] PHILIPPVS, quem rebus in futurum vſque ſæculum præfuiſſe, ſuo loco dicemus. Hiſpania citerior, qua Chriſtianis parebat, Aragoniæ &



a quinquaginta annorum, ſed tumultuum pleno & aduerſarum rerum. *Sigebert.*

b Vide anonymum de Vita Henrici IIII.

c Henrico V, qui poſtea imperauit.

d Sigebertus an. anno CIↃLX.

& Nauarræ regna [a] coniuncta vidit: vlterior hoc memorabile habuit, quod, cum [b] Pelagius, Gothicus genere, Saracenis Hiſpaniam inuadentibus, non rex Gothorum, ſed Legionis & Aſturiarum, quo confugerant Chriſtiani, cum ſucceſſoribus adpellatus fuerat; hoc ſæculo Caſtella, a comitibus adhuc recta, regni nomen acceperit, Sanctio Maiore, Nauarræ rege matrimonii iure eam prouinciam conſecuto, quam filio [c] FERDINANDO dedit, qui Legionis regnum connubio adiunxit, vt ex hoc tempore non amplius Legionis & Auſtriæ, ſed Legionis & Caſtellæ reges, oblitterato Auſturiarum nomine, dicerentur. Hunc Ferdinandum imperatoris titulum adfectaſſe, ſed cohibitum fuiſſe ab Henrico III, Germaniæ rege & Romano impe-

a Vide Vaſæi annales.
b Idem Vaſæus cap. 16 prolegom. & Alfonſus a Carthagena cap. 69
c Vaſæus c. l. & Tarapha ad ann. CIↃXX

imperatore, ipſis Hiſpanorum [a] hiſtoriis proditum eſt.

Exeunte hoc ſæculo *Bellum Sacrum*, ſeu expeditio in terram ſanctam, in concilio [b] Claromontano decreta fuit. Multi ergo principes, duce [c] GODOFREDO Bullionæo ex Europa in Aſiam traiecerunt, & Nicea Bithyniæ [d] operoſo obſidio capta per Piſidiam & Lycaoniam, non ſemel cum Turcis confligentes, tranſeunt, & [e] Tarſum cum aliis Ciliciæ oppidis expugnant.. [f] Edeſſeni Balduinum ducis fratrem inuitabant, vrbem regiam ipſi dedentes, cum



*a* Ioann. Marianæ lib. 9. cap. 5.

*b* Clarus Mons ciuitas Aluerniæ, vbi concilium coactum fuit anno cIↃxcv. *Robertus Monachus lib.* 1. *VVilhelm. Tyr.* 1. 14.

*c* principe tractus Lotharingici.

*d* nauibus per terram e mari Conſtantinopolitano in lacum (*Plin*, 10. *epiſt*. 50) deductis, qui occidentale vrbis latus tutum præſtabat. *Guil. Tyr*. 3. 6.

*e* Idem lib 3, cap. 22.

*f* Idem lib. 4. cap. 2.

maior exercitus pars Antiochiam, quæ ad Orontem eſt, obſiderent, & poſt multos labores inexpugnabilem proditione [a] ciuis Chriſtiani caperent, eamque contra Turcos, qui recuperatum ibant, turpem quamvis famem perpeſſi, fortiter defenderunt. Inde [b] Hieroſolyma expugnata Godofredum, qui dux militiæ fuerat, [d] regem conſtituunt, cui poſt annum defuncto frater [d] BALDVINVS ſucceſſit princeps Edeſſenorum. Hæc origo eſt Chriſtianorum Hieroſolymitani regni, quod octo tantum regibus manſit, durauitque annos LXXXVIII. Dum ita creſcere res in Oriente videbantur, damnum haud leue ſenſit in Occidente eccleſia, Hildebrando pontifici-

a Albertus Aquenſis lib. 4. Robertus Monachus lib. 5. Guil. Tyrius lib. 5. cap. 21.

b Idem Guilelmus lib. 8 cap. 18. Robertus lib. 8. Aquenſis lib. 6.

c Guil. Tyr. lib. 9. cap. 2 Aquenſis lib 6 cap. 33.

d Idem Alb. Aquenſis lib. 6. cap. 30 & 43

ficiam poteſtatem [a] ſupra reges & imperatores extollente, quæ eo plus roboris in dies accepit, quo pauciores in Europa relicti principes erant, optimo quoque ad ſacram ſe militiã adiacente, qua vel exſtinctus fuit, vel procul ab Europæ finibus ſubmotus. Litterariam rem, vt tempora ferebant, iuuerunt apud Græcos [b] Theophylactus, Archridenſis Bulgarorum metropolitanus, qui æque ac Oecumenius, eiusdem fere temporis ſcriptor, Chryſoſtomi

 monu-

a Notus ex Sigeberto ad annum ↃICLXXVII, & aliis faſtus hominis, qui cum Rudolphum contra Henricum inauguraret, coronam ei miſit inſcriptam.

*Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo.*

De hoc papa morituro idem Sigebertus ad ann. ↃICLXXXV refert, *Deo, Petro & toti eccleſiæ* confeſſum eſſe, *ſe valde peccaſſe in paſtorali cura*, quod Baronius quidem mendacium vocat, Sigebertus autem teſtatur: *hoc ita ſcriptum reperi.*

b Dubia multis, aliis paullo antiquior Theophylacti & Oecumenii ætas. Conſule præter alios & Spanhem. ad ſæcul. x.

monumenta diligentiſſime expreſſit, vt fere epitomen illorum feciſſe videantur; Gregorius Cedrenus monachus & Ioannes Curopalata, conditores hiſtoriarum: in Occidente Fulbertus & Iuo, Carnotenſes epiſcopi, Lanfrancus, Cantuarienſis archiepiſcopus, qui Berengario,[a] Turonenſis eccleſiæ vel Andegauienſis diacono, de [b]ſacra Euchariſtia contra antiquam fidem ſentienti tam ſcripto libro, quam voce & ſuffragio in [c]Romana ſynodo cum primis reſtitit: & annalium ſcriptores Hermannus Contractus, Augienſis monachus, [d]nobili genere; Bertholdus Conſtantienſis, Lambertus Schafnaburgenſis, Ingul-

a Sigebertus ad ann. MLI Turonenſis eccleſiæ, ceteri Andegauienſis diaconum vocant.

b Idem Sigebertus c. l.

c ſub papa Nicolao II, anno MLIX

d ex illuſtri comitum Veringenſium genere, quorum poſſeſſiones nunc Hohenzollerniani tenent.

gulphus Anglus, & Marianus Scotus, monachus Fuldenſis.

# SAECVLVM XII
## CHRISTIANORVM.

CVm Balduinus I Hieroſolymæ regnaret, noua [a] expeditio in Palæſtinam ex Occidente ſuſcipitur, ſed fraude Alexii imperatoris [b] quinquaginta millia hominum in Aſia minore cæduntur. Regno poſt hæc acceſſerunt [c] Antipatris, Cæſarea, Ptolemais, Tripolis, Berytus, & auxiliantibus Danorum [d] Norwagorumque nauigiis valida vrbs Sidon, Saracenis aliquoties in fugam conuerſis, quos cum in Ægyptum vſque perſequeretur, ipſi expedi-

a Guilielm. Tyrius lib 10. cap. 12

b Idem cit. lib. cap. 13

c Obſidionales has expeditiones ſcripſit idem Guilelmus lib. 10. a cap. 14 & lib. 11 cap. 10. 13.

d Idem lib. 11 cap. 14

peditioni rex immoritur. Sufficitur [a] BALDVINVS II, ancipiti [b] Marte cum Turcis ad Antiochiam pugnans & tandem [c] captꝰ, ſed poſt XVIII menſes datis obſidibus & ingenti redemtionis precio promiſſo, libertati redditus. Antequam vero liberaretur, Venetorum ope, qui nunc potentes mari erant, [d] Tyrus in deditionem redacta fuit. Mortuo Balduino Andegauenſis comes [e] FVLGO, gener illius, ſucceſſor datus eſt, qui vndecimo regni anno equo præcipitatus, dum [f] leporem vena-

a Balduino II, filio comitis Retelii, Euſtachius, frater Godofredi & Balduini I, regnum ceſſit. Conſanguineus Bullionæorum erat, etiam antea ſucceſſor Balduini I in ducatu Edeſſeno per XVIII annos: ſuccedit in regno anno CIↃXVIII. *Tyrenſis lib. 12. c. 1 & 3.*

b vincitur & vincit lib. 12 cap. 10 & 12

c Bis capitur, lib. 12 cap. 17 & 19

d Idem Tyrius archiepiſcopus lib. 13 cap. 6. ſeq..

e Idem lib. 14 cap. 1

f Idem lib. 15 cap. 27

venatur, animam exhalauit. Filius BALDVINVS III, tredecim annorum puer, [a] Edeſſam amittit, quo tempore [b] Conradus III imperator, & [c] Ludouicus VII rex Galliæ in Palæſtinam moturi, ille ad Iconium, hic inter Laodiceam & Attaleam Turcorum inſidiis tantum non opprimuntur. Qui euaſerant periculo, [d] Damaſcum obſident, ſed ducibus pecunia corruptis ſoluitur obſidio, & infectis rebus [e] Conradus in patriam reuertitur. Rex Balduinus III, Aſcalone in poteſtatem redacta, apud Tripolim [f] medici, vt putatur, perfidia exſtinguitur, regnum fratri AMALRICO relinquens,

*a* Idem lib. 16 cap. 5.

*b* ibidem cap. 20 ſeq. Robertus de Monte ad ann. CIↃCXLVII. & Sanutus lib. *3*. Part. *6*. c. 19.

*c* Guilelmus Tyr. cap. 23 ſeq. & Robertus c. l.

*d* Guil. Tyr. lib. 17. cap. 4. ſeq.

*e* ibidem cap. 8.

*f* Pillulas venenatas medicus a Chriſti cultu alienus dederat. Mortuus an. CIↃCLXII, *Guil. Tyr. 18.* extrem.

quens, qui [a] Ægyptiis ad petendam pacem coactis fato conceſſit, cuius filius BALDVINVS IIII, Saladinum Ægypti dominum, [b] aliquoties vicit, tandem ab eodem ad Sidona victus rerum ſummam, quam per morbum adminiſtrare nequibat, comitibus commiſit, & tandem ſororis filium [c] BALDVINVM V, quinque annorum puerum, ſucceſſorem conſtituit, qui [d] vnum tantummodo annum ſuperſtes fuit avunculo. Vitricus ergo [e] GVIDO, matre pueri nitente, inuitis aliis, rex factus eas turbas diſcordiæ concitauit, quibus regnum breui poſt tempore euerſum eſt penitus. Saladinus

a Idem lib. 19. cap. 5. & 26 ſeq. captis nempe præcipuis oppidis Cayro & Damiata. *Marinus Sanutus lib. 3. part. 6. cap. 22.*

b Mar: Sanutus lib. 3 part. 6. extrem.

c Vide Tyrium lib. 22. cap. 25 & 29, & Marinum Sanutum lib. 3. part. 6. extrem.

d Mortuus Balduinus IIII anno CIↃCLXXXV; puer Balduinus CIↃCLXXXVI. *Sanut. c. l.*

e Sanutus lib. 3. part. 6. cap. 24.

dinus enim [a] fugato Guidone [b] Hieroſolymam cum præcipuis vrbibus occupauit, & actum fuiſſet de Chriſtianorum rebus, niſi ex Europa auxilia opportuna ſubueniſſent, quibus Ptolemais, Tyrus & aliæ chriſtiani regni partes ſunt recuperatæ. Hieroſolyma adhuc manebat in poteſtate barbarorum. Dum hæc in Palæſtina geruntur, Byzantii patri Alexio ſucceſſerat IOANNES Comnenus, Hunnorum in [c] Pannonia victor, Scytharum quoque Thraciam inuadentium repreſſor, qui in Cilicia, ex Syria redux, inter [d] venandum vulneratus interiit. Hunc excepit filius MA-

a Guido pulſus a Saladino in Cyprum refugit, quam inſulam ab Richardo, Angliæ rege, qui proxime ſubegerat, poſſidendam accepit. *Nicetas de Iſaac. Ang. lib. extremo.*

b Idem Sanutus lib. 3. part. 9. cap. 6. Amiſſa autem Hieroſolyma anno CIↃCLXXXVIII

c Nicetas Choniates in Ioanne cap. 4 & 5

d Guil. Tyrius lib. 15 cap. 23.

MANVEL, Conrado III, Romano imperatori [a] adfinitate iunctus, ſed ſubdolus & fraudulentus, ſacræ expeditionis milites panibus ex farina & [b] gypſo compoſitis occidens, poſtea [c] victus a Sultano Iconienſi. Nec alio in militiam hanc animo ſucceſſores ſunt, quippe ANDRONICVS Comnenus, pueri Alexii pro tutore [d] percuſſor Conſtantinopoli [e] Latinos alios in fugam pellit, trucidat alios: & ISAACIVS ANGELVS, [f] fœdere, cum

a Comes enim Sulzbacenſis Berengarius duos imperatores, Orientis & Occidentis, habuit generos. *Otto Friſing. I.23. Geſt. Frider. & Tyrenſ. 16.23.*

b Nicetas lib. 1 de Manuele cap. 5. p. 74. τοῖς ἀλφίτοις ἐμφύροντες τίτανον ἐποίουν τὰ σῖτα ὀλέθρια. Sibi autem non conſtare ait, an imperatore iubente, ὡς ἐλέγετο, *vt fama erat*, hoc factum ſit.

c Idem Nicetas lib. 6 vitæ Manuelis.

d Nicetas in vita Alexii huius cap. 18

e Idem c. l. cap. 11

f Idem in Iſaacio Angelo lib. 2 cap. 5

cum Saracenis percuſſo, [a] infidus eſt in ſacros milites, ſub Friderico Ænobarbo in Palæſtinam proficiſcentes: nec ALEXIVS DVCAS, Murzuflus cognomento, imperii raptor, aliter adfectus erat. Nulli horum impune perfidia ceſſit, ſed iſte [b] horribili vitæ exitu; ille [c] oculorum orbitate; hic [d] exſilio ac fuga Latinis pœnas dedit. In Germania poſt initium ſæculi HENRICVS V imperabat, [e] impius in patrem pontificum inſtinctu, quibus [f] ius inueſtituræ clericorum ceſſit, ſicut ſucceſſor LOTHARIVS Saxo

a ibidem cap. 3

b Verberibus enim ſane multis adfectus, manu & altero oculo truncatus, ſcabioſo camelo per vrbem vectus & ſtercore contaminatus, tandem pedibus ſuſpenſus eſt vt lenta morte exſtingueretur. *Nicetas in Andronico lib. 2. c. 12*

c Idem lib. 3. cap. 9 de Iſaacio Angelo

d Vide initium ſæculi ſequentis.

e vide ſupra dicta pag. 123

f Appendix ad Chron. Mariani Scoti.

Saxo poſſeſſiones[a] Mathildianas, quod Petri patrimonium adpellatur. CONRADVS III euerſo æmulo[b] HENRICO Superbo ſacræ militiæ, vt prædiximus, ſe dedit, quamquam aliorum diſcordia impeditus infectis rebus ex Palæſtina domum reuertit. Nec felicior eo bello fratris filius FRIDERICVS Barbaroſſa[c] victor quidem Iconienſis Sultani in limite autem[d] Armeniæ Minoris, aut Syriæ, non maxi-

a Mathildis partis Hetruriæ domina fertur poſſeſſiones ſuas pontifici teſtamento donauiſſe, mortua circa annum CIↃCXV. Suſpectam vero donationem reddit, quod an. CIↃCXV, Conrado abbate Vrſpergenſi teſte, *ab Italia directi nuncii ad defunctæ prædiorum terras amplisſimas hereditario iure poſſidendas cæſarem* Henricum[!] *inuitarunt.*

b Henricus Superbus Boiariæ & Saxoniæ dux potentiſſimus, a mari ad mare imperans, proſcriptus in comitiis Herbipolitanis. *Freiſing.* 7.23.

c Nicetas Chonitates in Iſaac. Ang lib, 2. cap. 6 & 7

d Idem cap. 8. & Siffridus ad ann. CIↃCXC

maximo flumine ſubmerſus, quo inopinato fato maximum ſui deſiderium omnibus reliquit. Nam patriæ rebus haud male conſuluerat cuius & hæc memoranda facta ſunt, quod [a] Bohœmis regem pro duce dedit, & [b] Franconiæ ducatum Herbipolitano epiſcopo donauit. Filius conſors militiæ, Phœnicia & Cœleſyria recuperata expeditioni [c] immoritur: alter filius HENRICVS VI [d] Siciliæ quoque regnum cum Italiæ parte matrimonii iure, quod filiam Rogerii regis vxorem duxerat, conſecutus eſt cum [e] Aſperi cognomine, quod durius in eos, qui regnum occupauerant, conſuluiſſe videbatur. Siciliam enim, quam Græcis Saraceni eripuerant, Roge-

a Guntherus 6 Ligur. v. 446

b Trithemius chron. Hirſaugienſ. ad annum CIↃCLXVII

c Nicetas c. l. cap. 8

d Thom. Fazellus de Reb. Sic. dec. poſt. lib. 8. cap. 1.

e Idem Fazellus c. l.

[a] Rogerius Nordmannus vindicavit, filioque reliquit Simoni, ſine tamen regio nomine: cui frater [b] ROGERIVS cum ſucceſſiſſet, Calabria & Apulia auctus, rex Siciliæ creatur, regnique ſedem Panormi primus conſtituit. Ab huius filio & nepote [c] GVILELMIS ad [d] TANCREDVM, Rogerii nothum filium, Siciliæ regnum translatum fuit, cuius filium ROGERIVM II ſub auſpicium regni imperator Henricus, [e] dolo oppreſſit, atque ita Siciliam cum magna parte Italiæ circa [f] Neapolim & Apuliam dotis titulo, vxori debitæ, extorſit anno humanæ ſalutis CIↃCXCV. Gallia longævos

*a* Idem Fazellus 7. cap. 1.
*b* ibidem cap. 3
*c* filius *Malus*, nepos *Bonus* cognominatus. *Fazell.* cap. 4 & 5
*d* ibidem cap. 6
*e* quaſi partiturus cum eo regnum eſſet: imprudenter conſentientem cepit & in exſilium miſit. *Idem lib. 7. cap. 7.*
*f* Inde nomen natum eſt regni Neapolitani, quod cum Sicilienſi coniunctum fuit.

vos reges his temporibus vidit. Philippo enim [a] XLIX annorum regi, & LVDOVICO VI annorum XXVIII, ſucceſſit [b] LVDOVICVS VII, filius ſexti, & huic poſt XLII annos filius [c] PHILIPPVS II, vterque ſacra militia nobilitatus, ille Conradi III temporibus, hic [d] vna cum Richardo rege Anglorum. Nam etiam Anglia nunc reges ſuos oſtentat, ex Galliæ Nordmannis ortos, pactis & victoriis potitos regno, [e] GVILELMOS patrem & filium, ſed hos ſub finem ſæculi prioris; HENRICVM fratrem minoris

G Gui-

a Mortuus Philippus I anno CIↃCVIII

b Robertus de Monte ad annum CIↃCXXXVII

c Idem Robertus ad ann. CIↃCLXXXI

d Sanutus lib. 3 parte 10 c. 4

e Guilelmus, dux Nordmanniæ, ex pacto, quod cum Heraldo fecerat, ſucceſſurus erat Edvvardo Angliæ regi: cum vero Heraldus pactis non ſtaret, acie victus cecidit, & Guilelmus regnum ſibi ac poſteris adquiſiuit, coniunctamque tenuit Nordmanniam. *Matth. VVeſtmonaſt. ab anno* CIↃLIX *pag. 281 ſeqq.*

Guilelmi, & [a] STEPHANVM ſorore eius genitum, quem HENRICVS II, itidem dux Nordmanniæ, & tandem vergente ſæculo filius Henrici RICHARDVS, excepit, qui in Hieroſolymitano itinere Cyprum [c] Græcis ereptam Guidoni [d] conceſſit, Palæſtino regno ab Saracenis nuper expulſo. Hiſpania nouos Alfonſos, Sanctios, Ferdinandos numerauit. ALFONSVS VI [e] Toletum Saracenis inclinato ſæculo ſuperiori eripuerat: & ALFONSVS VII [f] Aragoniæ primum, deinde etiam Caſtellæ & Legionis rex matrimonii iure, Cæſarangu-

*a* Rob. de Monte ad ann. CIↃCXXXV

*b* VVeſtmonaſt. ad ann. CIↃCLIIII

*c* Præfectus inſulæ erat Iſaacius Comnenus, iniquus ſacræ militiæ, a Richardo captus. *Nicetas lib. 2. extrem. de Iſaac. Angelo*

*d* ἐδωρήσατο ὡς σφετέραν χώραν τὴν Κύπρον τῷ Ἱεροσολύμων ἡγήτορι ῥηγί. *Nicetas e. l.*

*e* Roderic. Sanctius part. 3 cap. 29. & Franciſc. Tarapha ad ann. CIↃLXXIX.

*f* Idem Tarapha ad ann. CIↃCVI, & in Alfonſo IX.

auguſtam, Tudelam, Bilbilim recuperauit, prohibere autem non potuit, quo minus ingens vis barbarorum ex Africa in [a] Bæticam ſe denuo infunderet; Granatenſis regni fundamentum altero ſæculo poſitura. Filium SANCTIVM Caſtellæ, FERDINANDVM Legionis heredem fecit, diuidens regna, non prius, quam in Ferdinando III coniungenda. [b] Portugallia etiam nunc reges habere cœpit, ALFONSO, Alfonſi VI, Caſtellæ & Legionis regis progenero, a militibus, cum contra Saracenos pugnaret, rege ſalutato, cum antea dux, pater vero Henricus Lotharingius, gener Alfonſi VI, comes Portugalliæ appellaretur. Eccleſia piiſſimos patres admirata eſt. [c] Anſelmum Cantuarienſem archi-



*a* Rodericus Sanctius part. 3. c. 31

*b* Vaſæus prolegom. c. 19

*c* Anſelmus mortuus anno CIϽCIX, *Sigebert*, vnde in ſuperiore ſæculo ab aliis ſcribitur, quo maxime floruit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0153-4

epiſcopum, & [a] Bernhardum, abbatem Clareuallenſem, quibus accedunt Petrus Cluniacenſis abbas, Hugo & Richardus, vterque de Sancto Victore cognominatus. Hi editis in lucem libris plus chriſtianæ rei bonisque moribus contulerunt, Bernardus præſertim & Anſelmus; quam qui æquales ferme eisdem fuerunt Petrus Lombardus & Gratianus, ſententiarum aut canonum collectores. Hiſtoriis ſcribendis operam dederunt Sigebertus, Gemblacenſis monachus, Otto epiſcopus Friſingenſis, Godofredus Viterbienſis, & Belli ſacri ſcriptorum præcipui Albertus [b] Aquenſis ac Guilelmus [c] Tyrenſis archi-

a Bernhardus fit monachus CIↃCXIIII, moritur CIↃCLIIII. *Rob. de Monte.*

b Ab Aquisgrano hoc nomen deduci, Barthius auctor eſt in MS commentario. Germanum certe fuiſſe, ex ſtilo non obſcura indicia ſunt.

c Dicitur VVilhelmus Tyrius & VVillermus Tyren-

archiepiſcopus. In Græcis clari erant Ioannes Zonaras ab orbe, condito ad ſua tempora hiſtoriam perſecutus; & Theodorus Balſamo, illuſtrator canonum ſynodicorum, quam viam etiam ingreſſus eſt ipſe Zonaras. Iudæorum diu ſepulta ſtudia hoc tempore excitabantur a Salomone Iſacide, Trecenſi, quam [a] Iarchi vulgo cognominant, R. Abrahamo Ben Eſra; tribus Kimchiis, patre Ioſepho filiis Moſe & Dauide; R. Moſe Maimonide, & Moſe Gerundenſi, quibus celebrem peregrinatorem adiungo R. [b] Beniamin Tudelenſem: & auctores, [c] Aruch, Coſri & Seder



Tyrenſis; aliis Germanus eſt natione, Gallus aliis, Voſſio Syrus videtur, quem vide de Hiſt. Lat.

a De falſo cognomine *Iarchi* in Rabbiniſmo noſtro diſputamus.

b Finiuit orbis terrarum iter R. Beniamin anno CIƆCLXXIII, eodem etiam mortuus eſt *Iuchaſin pag.* 134 & *Zemach Dauid p.* 55

c De his, vt & certis idem R. Gans in Zemach Dauid p. 54.

Seder Olam. Sub idem tempus [a] Dauid el Dauid, falſus Meſſias, multos in Perſia decepit, fabulam tandem capitali ſupplicio finiens.

## SAECVLVM XIII
### CHRISTIANORVM.

FRanci & Veneti auxilia in Palæſtinam deducentes obuium habebant in itinere [b] Alexium puerum, Iſaacii Angeli filium, de iniuriis Alexii patrui, qui fratre ſuppreſſo imperium inuaſerat, grauiter conquerentem. Moti indignitate rei principes Conſtantinopolim expugnant, & ALEXIO V paternum ſolium reſtituunt. Poſt-

a De hoc in Schefet Iehuda cap. 31 copioſe, vnde excerpta in Rabbiniſmo dedimus. In Zemach Dauid, qui *ſeipſum Meſſiam fecerat*, ita deſcribitur *tandem præſectum eſt caput eius, & Iudæi multati ſunt centum talentis auri*. Ponit hoc R. Gans in anno Chriſtianorum CIƆCXXXV.

b Nicetas lib. 3. de Alexio Comneno cap. 9. Sabellicus Hiſt. Venet. Decad. 1. lib. 8

Poſthæc puero imperatore per [a] ALEXIVM MVRZVFLVM ſublato, Francicum Venetis denuo [b] expugnant Conſtantinopolim, & BALDVINO Flandriæ comite, in ſolium euecto, Græcum imperium ad Latinos ſub initium ſæculi transferunt. Contra hunc Niceæ in Aſia imperator ſalutatus eſt [c] THEODORVS LASCARIS, Alexii fugitiui gener: DAVID vero & ALEXIVS, Andronici Tyranni nepotes, [d] Ponticam Aſiam occuparunt, ille quidem Heracleam & Paphlagoniam; hic Trapezuntem, Sinopen & Colchidem, quæ initia ſunt imperii Trapezuntini, poſt CCL circiter annos a Turcis deſtruendi. Laſcari Niceæ ſedem figenti Bithynia, Lydia,

 Smyr-

a Idem Nicetas in vita huius pueri ſub finem. *Murzufli* cognomen ibidem cap. 4. explicatur.

b Nicetas in Murzuflo cap. 2, & Sabellicus c. l.

c Nicephorus Gregoras lib. 1 & Nicetas in Balduino cap. 10

d Nicetas Choniates c. l.

Smyrna & Epheſus parebant & his interiecta oppida, & plures Ægæi maris inſulæ, qui vero [a] Manueli Maurozomæ, ſocero Iconienſis Sultani, Chonac & Phrygiæ Laodiceam cum aliis ad Mæandrum ſitis oppidis conceſſit, vt Sultanum amicum & ſocium haberet contra Latinos. Sic diuiſum erat Orientis imperium, vt tamen primæ partes & regia Conſtantini vrbs penes Latinos ad quartum ſucceſſorem manerent. Balduino enim a [b] Bulgaris capto & crudeliſſime necato ſuffectus eſt frater [c] HENRICVS, & huic exſtincto [d] PETRVS, Altiſiodo-

odo-

[a] Nicetas Choniates in Balduino cap. 19 hæc prodidit, vt & præcedentia.

[b] Nicetas c. l. ἐν τῷ Σκυθικῷ πολέμῳ *Scythico bello*: at Gregorius l. 1. c. 5 ait ab Aſane, *Bulgarorum* principe, victum captumque fuiſſe, addit vero eum μισθοφορικὸν οὐκ ὀλίγον ἐκ τῶν παρὰ τὰ βόρεια τοῦ Ἴστρου Σκυθῶν habuiſſe.

[c] Nicetas & Gregoras c. l.

[d] Gregoras lib. 4. cap. de ἁλώσει vrbis, non

cen

odorenſis com(s, & huic quoque a Laſcarinis intercepto, [a] ROBERTVS, Petri filius, ſorore Balduini & Henrici Iolenta genitus, & tandem frater illius [b] BALDVINVS II, qui a Palæologo pulſus in Galliam [c] fugit, nec vel [d] Caroli Siciliæ regis adfinitate re-



cenſet Petrum in numero Latinorum imperatorum, forſan quod interceptus a Laſcari fuit, antequam in vrbem veniret: Romæ autem a papa Honorico coronatum fuiſſe, in vitis pontificum refertur.

*a* Niceph. Gregoras lib. 1 & 4.

*b* Mich. Ritius lib. de Regib. Hieroſol. extremo interponit Ioannem Brennum, Hieroſolymitanum quondam regem, cui ex pacto Balduinus imperium ad tempus ceſſerit.

*c* Pachymeres lib. 2. c. 27.

*d* Pulſus, vbique terrarum auxilia quæſiuit ad recuperandum perdita, apud pontificem, Venetos, Gallos, Siculos; verum nec data nec negata auxilia: *Sabellic. de Venet. dec. 1. lib. 10. p. 168.* Solus Carolus, Siciliæ rex, pronior erat ad opem ferendam, cui id vero haud permiſit pontifex Romanus. *Georg.*

cuperare potuit, quem locum & dignitatem amiſerat. Niceæ poſt Theodorum [a] IOANNES gener, & hoc defuncto [b] THEODORVS II, nepos primi ex filia, imperauerat, cum MICHAEL PALAEOLOGVS, [c] filio Theodori oppreſſo, Conſtantinopolim nocturnis inſidiis recuperauit. Annos [d] XXI in vrbe recepta regnauerat Palæologus ſuccedente in patris defuncti locum ANDRONICO filio,

*Georg. Pachymeres lib. 2. cap. 32 & lib 4 cap. 29. lib. 5. cap. 8 & 26.*

*a* Laſcaris cum XVIII annos imperaſſet, diem ſuum obiit, imperium relinquens Ioanni Ducæ, genero ſuo. *Gregoras lib. 2 ineunte.*

*b* Hic etiam *Laſcaris* ex matre cognominatur, imperio admotus anno CIↃCCLV, mortuus CIↃCCLIX. *Poſſinus ad Pachymerem.*

*c* Ioanni nomen puero erat, quem Palæologus excæcauit. *Pachymeres lib. 2. c. 9. & lib. 3. c. 10.*

*d* Recepta Conſtantinopolis an. CIↃCCLXI, mortuus Palæologus CIↃCCLXXXII. *Poſſinus in chronol. Pachymeris.*

filio, de quo ſequenti etiam ſæculo dicturi ſumus. His temporibus deſperatæ res Chriſtianorum in Palæſtina erant & vix nomen regni reliquum, quod GVIDO fratri [a] ALMARICO, hic genero [b] IOANNI Brenno reliquerat, quo cedente [c] FRIDERICVS II Romanus imperator & rex Siciliæ vſurpauit, Hieroſolymam barbaris denuo extorquent, quæ vero breui poſt tempore cum Tripoli, Sidone, Beryto & ceteris oppidis [d] amiſſa rurſus fuit, quemadmodum paullo ante [e] Ludouicus IX rex Galliæ Damiatam, quam ceperat, ipſe mox [f] captus cum ingenti pecunia,



*a* Sanutus Torſellus lib. 3. part. 10. c. 8. extr.
*b* Idem part. 11. cap. 3 & 4
*c* Fazellus de Sicul. lib. 8. in Friderico, & Ritius de Reg. Hieroſ.
*d* Vide Sanutum Torſellum lib. 3. part. 12
*e* Idem c. l. cap. 2. & Siffridus ad ann. CIↃCCXLIX.
*f* Non ſolos fratres regis, vt Æmilius Veronenſis ſcribit lib. 6. ſed ipſum quoque regem captum fuiſſe teſtantur Siffridus c. l. & Sanutus c. 3.

nia, vt cum fratribus liberaretur, reddere coactus fuit. Sic cunctis deperditis ſola Ptolemais reſtabat, arx belli, & Tyrus, cum paucis caſtris Chriſtianorum: [a] Ptolemaide autem a Saracenis expugnata [b] Tyrus quoque & caſtella cetera metu deſeruntur, Chriſtianis, qui ſupererant, in Armeniam, Ciliciam & Cyprum diffugientibus: & exſpirauit Chriſtianorum in Oriente imperium anno poſt Bullionæi victoriam CXCVI, ſæculi vero, quod ſcribimus, XCI. Certarunt tamen aliquamdiu de inani nomine amiſſi regni reges Cypri & Siciliæ, vel genus ducentes ex [c] Iſabella regina, vel [d] Mariæ heredis cauſſati donationem. Siciliæ clades, quæ *Veſperis Siculis* nomen dedit, nouennio

*a* Sanutus Torſellus lib. 3. part. 12. cap. 25.
*b* ibidem cap. 22
*c* Mich. Ritius lib. extr. de Reg. Hieroſolym.
*d* Sanutus Torſellus part. 12. cap. 15. 16. Carolum Siciliæ regem intelligens.

nio antecesserat ſupremam Chri-ſtianorum in Palæſtina calamitatem. Diximus Henricum VI, Romanum imperatorem, Siciliam Nordmannis eripuiſſe, a quo filius [a] FRIDERICVS II acceptam ſuo filio [b] CONRADO reliquit, quem frater MANFREDVS, Apuliæ princeps, veneno, vt creditur, ſubvertit ipſe vero parum proceribus carus, [c] CAROLVM, fratrem Ludouici regis, ex Gallia euocantibus, qui non modo Manfredum prœlio vicit, quo is etiam occubuit; ſed CORRADINVM quoque Conradi filium, qui paternum regnum recuperatum ibat, ſecuri in Neapolitana ciuitate percuſſit. Cum vero [d] ſuperbius Galli Siceliotis



*a* Fazellus lib. 8. cap. 2.
*b* ibidem cap. 3, vbi etiam de Manfredo, qui nothus filius Friderici erat, & Corradino agitur.
*c* ibidem cap. 3 & 4.
*d* Lege Fazellum in Carolo p. 450 iniurias Gallorum egregie ſcribentem.

imperarent, fruſtraque illi apud regem, in Italia agentem, conqueſti fuiſſent; tanta coniuratio, Archyta duce, facta in cunctis ciuitatibus eſt, vt III paſchatis feria anni CIƆCCLXXXII, ſigno campanæ æneæ dato, per totam inſulam [a] omnes Galli trucidarentur, PETRO Aragoniæ rege, qui aduocatus fuerat, in regnum ſuccedente, nec recuperare illud [b] Carolus, omnia quamuis auſus, vnquam potuit. Sic cum Aragonia tandem Sicilia quoque ad Caſtilianos delata fuit, qui hodieque poſſident. Nunc enim Aragoniæ & Nauarræ regna ſeiuncta erant, & IACOBVS [c] annis LXII ſine exemplo regnans, [d] Baleares inſulas & Murciæ ac Valen-

a Idem Fazellus 8. c. 4. p. 452, *duarum horarum ſpacio octo Francorum millia occiſa fuiſſe conſtat.*

b Fazellus in Petro lib. 9. cap. 1.

c Vaſæus proleg. cap. 18.

d Vaſæus ibidem, & Lucius Marineus lib. 10. p. 392.

lentiæ regna a Mauris recepit, heredem relinquens PETRVM filium,[a] Manfredi generum, vt vel vxoris titulo, etiamſi non vocatus eſſet, ius in regnum Siciliæ habuerit. Mortuum excepit in Aragonia [b] ALFONSVS, filiorum natu maximus, in Sicilia IACOBVS, ſecundo genitus, qui poſt ſexennium fratri in Aragonia ſuccedens, Siciliæ regnum minori fratri FRIDERICO II ceſſit. Ex Nauarræ regibus RIBALDVS II clariſſimus fuit, ſocerum Ludouicum IX, Francorum regem [c] nouennio in Palæ-

p. 392 Baleares autem inſulas filio Iacobo reliquit, quem Petrus frater eiecit, & propterea a Philippo, Ludouici IX filio ad quem Iacobus confugerat, oppugnatus, fratri moriturus reſtituit, qui inde *rex Balearium* vocatus fuit. *Fazell, 9. I. extr.* & *Æmilius Veron. l. 7. p. 119*

*a* Idem Luc. Marineus ineunte lib. II & Fazellus ſub initium lib. 9.

*b* Fazellus lib. 9 c. I extremo: aliter quodammodo L. Marineus lib. II

*c* Sanutus Torſellus lib. 3 part. II cap. 15. Scribitur etiam *Theobaldus*.

Palæſtinam antegreſſus, & in eiuſdem Tunetenſi expeditione peſtilenti [a] morbo exſtinctus Drepani, cum ex Africa domum rediret. Separata Caſtellæ & Legionis regna FERDINANDVS III coniunxit, nunquam rurſus ſeiungenda: Cordubam quoque & Hiſpalim, diuturna Maurorum domicilia, [b] recuperauit, auctumque regnum ſucceſſoribus reliquit [c] ALFONSO X, in imperium Romanum deſtinato, SANCTIO III, & tandem ſub finem ſæculi FERDINANDO IIII. In Angliæ regno Richardum ſecutus eſt frater [d] IOANNES, ignauia regnum pæne amit-

a P. Æmilius Veron. lib. 7 in extremo Ludouici IX vita.

b Fr. Tarapha ad ann. CIↃCCXVII, & Vaſæus cap. 16.

c Alfonſus mathemathicis diſciplinis inſigniter eruditus, auctor fuit, vt Tabulæ conſtruerentur, quæ Alfonſinæ dicuntur. Regnauit annos XXXII, mortuus CIↃCCLXXXIII.

d Matth. VVeſtmonaſt. p. 263 ſeq.

mittens: hunc filius [a] HENRICVS III victor Francorum, & poſt LVI annos [b] EADWARDVS ex Palæſtina reuertens, cum pater moreretur. In Gallia Philippo Auguſto, quem ſupra memorauimus, ſucceſſit LVDOVICVS VIII, filius Auguſti, & tertio poſt anno huius filius [c] LVDOVICVS IX, puer XII annorum, qui adultior factus res præclaras geſſit, diu in Palæſtina & Ægypto verſatus, in Africa tandem, cum Tunetum oppugnaret, mortalitati ereptus, poſt funera etiam adeo beatus, vt in [d] Sanctorum numero a pontifice Bonifacio poneretur. PHILIPPVM filium, XV annis regno potitum, Hiſpa-

niæ

a Idem VVeſtmonaſt. p. 277 ad annum CIↃCCXVII. Mortuus Henricus anno CIↃCCLXXII.

b Idem p. 402 & 407

c Paul. Aemilius in vita S. Ludouici.

d Tilius in chronico ad ann. CIↃCCXCVIII.

niæ fatum interemit, cum [a] Tarraconenſe regnum Petro Aragoni, pontificis iuſſu, ereptum iret. Qui patri ſucceſſit PHILIPPVS Pulcher, [b] Nauarræ regis filia in vxorem ducta, fundamentum iecit, quo Nauarræ regnum cum Francico coniungeretur, quamquã ad Hiſpanos poſtea reductum fuit. Germaniæ triſtior facies erat pontificum fulmine non ſemel, ſed ſæpius in imperatores coniecto, quibus disſidiis effectum eſt, vt non modo Italia diuiſa eſſet in [c] Guelphos & Gibellinos, illis pontifici, his imperio atque cæſari ſtudentibus; ſed orbis etiam

*a* Petro propter Sicilienſem cauſſam excommunicato, pontifex Tarraconenſe regnum Carolo Valeſio, Francici regis ex Petri ſorore filio adiudicauit, quod dum occupaturus eſt Francus, in expeditione tam Petrus, quam Philippus rex Franciæ moriuntur *P. Æmil lib. 7. p. 159.*

*b* Vaſæus prolegom. cap. 17.

*c* De his factionibus Sigonius lib. 11 de Regn. Ital. & Kranzius in Sax. lib. 8. cap. 8

etiam concuteretur, & [a] Scythæ ſpem conciperent Europam opprimendi. Etenim Moſcouiam, Poloniam, Hungariam & Sileſiam irruentes omnia ferro flammaque vaſtabant, nec niſi incredibili ſtrage edita in patriam regreſſi ſunt. Henrico VI ſub exitū ſæculi, gener Iſaaci Angeli PHILIPPVS frater ſuffectus erat, quem [b] OTTO IIII in vita æmulus, poſt mortem ſucceſſor ſecutus eſt, [c] Ottonem FRIDERICVS II, Henrici VI filius, rex Siciliæ; qui in Palæſtinam profectus, [d] Ioannis Brenni filia ducta, titulum Hieroſolymitani regni cm Sicilienſi coniunxit.

a Auentinus lib. 7 annal. Boior. p. 545 has excurſiones Scytharum notabiliter ſcripſit.
b Vide annales Vrſpergenſ. & Trithemenſ. Interfectus autem Philippus ſicarii manu Bambergæ. *Siffrid.* ad ann. CIↃCCVIII.
c Obiit Otto dyſenteria anno CIↃCCXVII *Siffrid.*
d Th. Fazellius lib. 8 Sicil. c. 2. Ritius de Reg. Hieroſol.

xit. Trium pontificum [a] anathemata expertus eſt, Honorii III, Gregorii IX & Innocentii IIII, qui modo Apuliam regi ſuo erepturi erant, modo Lombardos ad rebellionem ſollicitabant, quibus vero haudquaquam ceſſit, ſed forti animo imperii iura ad extremum halitum defendit, quæ exſtincto Friderico non lente, ſed præcipite lapſu concidebant. Quantas turbas enim Germania paſſa eſt a morte illius? ſex candidati de imperio certabant, qui vel mutuo ſe ſubuerterunt, vel ſponte ceſſarunt dignioribus. [b] CONRADVM filium ipſe Fridericus viuus deſignauerat, quem frater [c] Manfredus, vt Sicilia potiretur, veneno peremit: [d] HENRICVM, Haſſorum Thuringorumque

a Fazellus c. l. & Trithemius Sponh. chron. ad ann. CIↃCCXXVIII. & Vitæ P.P.

b Trithemius chron. Hirſaug. ad ann. CIↃCCXLVI

c Dixi ſupra in Siciliæ regibus.

d Idem Trithemius c. l. qui quidem S. Eliſabethæ

que Landgrauium, vel Vlmenſi obſidione ictus, vel dyſenteria debilitatus, Iſenaci exſpirauit. [a] GVILIELMUM, Hollandiæ comitem, a Conrado victum Friſiones oppreſſerunt: [b] RICHARDVS Cornubienſis, effuſis in Germania theſauris, vacuus revertit in Angliam: [c] ALFONSVS denique, Caſtellæ rex & Legionis, ſponte Rudolfo ceſſit, quod electores

bethæ filium vocat, ſed verius dixiſſet adfinem. Nam Hermanni primogenitus Ludouicus duxit Eliſabetham, Andreæ, Vngariæ regis filiam, obiitque Brunduſii cum Friderico II in Palæſtinam iturus: ſecundo genitus, Henricus, Raſpo cognomine, frater Ludouici a quibusdam principibus imperator electus fuit, *Siffrid. principio lib. 2.* De morbo & morte quæ varie traduntur, diſcuſſit vir clariſſimus Caſp. Sagittarius ſingulari de hoc Henrico diſſertatione c. 3.

*a* Idem Siffridus ad annum CIƆCCLVII. Adde Meurſi Athen. Batav. lib. I. c. 24.

*b* Matth. VVeſtmonaſt. ad annum CIƆCCLVII Erat autem frater Henrici III regis Anglorum, regis Ioannis filius.

*c* Alfonſus a Carthagena cap. 88 Trithemius chr. Hirſaug. ad ann. CIƆCCLVII.

ctores & papa contulerant. Nec turbæ deſierunt, deſinente ſtudio competentium, ſed fatale interregnum proſtrauit rempublicam, quæ erigi non potuit, priusquam Habsburgenſis [a] RVDOLFVS fauſtis auſpiciis regendam illam capeſſeret, qui pacatis quæ turbulenta erant, filio [b] Auſtrum Stiriamque adquiſiuit, fundator celſiſſimæ & regnatricis domus Auſtriacæ. Defuncto patri cum filius Albertus, nouus dux Auſtriæ, ſufficiendus eſſet, præfertur [c] ADOLFVS Naſſouius, & male re- geſta

a Siffridus ad ann. CIↃCCLXXIII

b Vltimus ſtirpis Auſtriacæ vel ſine liberis deceſſerat, vel vendiderat Bohœmo Auſtriam, Carinthiam & adiacentes regiones. Has inuaſit rex Bohœmiæ Odocarus: Rudolfus, vt feudum imperii, repetit armis & filio Alberto dedit. *Æn. Siluius Hiſt. Boh. c. 27. Trithem. Hirſaug.* CIↃCCLXXV

c Siffridus ad annum CIↃCCXCII ſcribit electum Adolfum fuiſſe, *epiſcopo Moguntino alios principes ad eiusmodi electionis conſenſum attrahente.*

geſta [a] abdicatur, prælioque dum repugnat, interficitur. Sic ſeptimo a patris morte anno imperium ALBERTO confertur, qui ſæculo ſequenti potius, quam [b] hoc præcipitato res ſuas geſſit.

Eccleſiæ ſtatus ex diſſidiis pontificum & imperatorum non ignotus poteſt eſſe. Schiſma quoque inter Græcos Latinosque in dies creſcebat, cuius præcipua cauſſa fuit [c] primatus, quem Romani præſules præ ſe

a Idem Siffridus ad ann. CIↃCCXCVI & CIↃCCXCVIII

b Erat enim annus prope CIↃCCXCVIII cum eligeretur Albertus *Trithem. Hirſaug.*

c Præcipuam cauſſam ſchiſmatis fuiſſe primatum, patet ex mutuis epiſtolis papæ Gregorii & Germani patriarchæ, quas etiam Mornæus *Hiſtor. Pap. p.* 845 omnium oculis proponit. De Symboli additamento leuius tum temporis contendebatur, mirante & obſeruante Nicephoro Gregora lib. 5. cap. 1. περὶ τῆς προσθήκης, ἣν ἐκεῖνοι περὶ τὸ ἱερὸν καινοτομοῦσι σύμβολον, ἀναγκαστική τις ἔρις οὐ συνηνέχθη.

ſe ferebant cum imperio in vniuerſam Chriſti eccleſiam. Acceſſit, quod Latini patres inconſultis Græcis œcumenico ſymbolo adiecerant FILIOQVE; res quidem [a] dudum animaduerſa, nondum autem atrociter, vt [b] nunc fieri cœpit, diſceptata. Nihil profecit [c] Lugdunenſe concilium, nihil mutuæ inter imperatorem & papam [d] legationes: in fumum

*a* vide ſupra pag. 91

*b* Nunc, id eſt circa hæc tempora, quamuis, vt ex Gregora modo percepimus, Paleologus callide illam controuerſiam prætermiſerit.

*c* Concilium habitum eſt anno CIↃCCLXXVIII Vide Acta, & VVeſtmonaſterienſem, qui copioſus eſt in eius deſcriptione.

*d* Tria legati pontificis poſtularunt τὸν πάπαν εἰς τὰ δίπτυχα μνημονεύεσθαι, *papæ in liturgiis Græcorum mentionem fieri*: deinde ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ καθάπερ εἰς μεῖζον καὶ ἐντελέστερον ἀνατρέχειν δικαστήριον τὸ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, *vt liceat ex Græcia ad papam adpellare*: καὶ τρίτον τοῦ πρωτεύειν ἐν ἅπασι, *primatum in omnibus*. Sed clerus Byzantinus auerſatus eſt has pacis & vnionis conditiones. *Gregoras lib. 5. c. 1.*

fumum abiit omnis conciliatio, quod nimis rigide primatum Romani pontifices vrgerent. Litterarium rem iuuerunt Conſtantinopolitanæ hiſtoriæ ſcriptores Nicetas Choniates, Georgius Acropolita, & Georgius Pacymeres: nec fere plures in Occidente nec clariores ſunt, Conradꝰ abbas Vrſpergenſis, Matthæus Pariſienſis, Robertus de Monte, Martinus Polonus, & Alanus Inſulenſis. Omne enim nunc ſtudium litterarum ſcholaſtica theologia ad ſe corripiebat ducibus Thoma Aquinate, Alberto Magno, Bonauentura, & Ægidio Romano, vt nullus locus relinqueretur humanioribus litteris exiguus diuinis & ſacris ſtudiis, quæ ſophiſtarum tenebris in dies magis magisque obſcurabantur.

## SAECVLVM XIV
### CHRISTIANORVM.

EUerſum funditus erat Hieroſolymitanum Christianorum regnum

gnum. [a] Hoſpitalarii ergo, S. Ioannis milites, Templariorum aucti opibus amiſſa Ptolemaide nouam ſedem circumſpiciunt, parataque non inualida claſſe, Rhodum inſulam, IX ſæculi huius anno, Turcis eripiunt, in eaque res ſuas ſacratamque militiam aduerſus barbaros ſtabiliunt. Interea Conſtantinopoli ANDRONICVS, Michaelis Palæologi filius, imperabat, cui in ſenectu-

*a* Hieroſolymæ, belli ſacri temporibus, tres ordines ſacrorum equitum inſtituti ſunt, Hoſpitalariorum ſiue Ioannitarum, Templariorum, & Teutonum, qui, amiſſa Hieroſolyma, ſedem ſuam habuerunt Ptolemaide. Inde quoque expulſi, nec tota Palæſtina tuti Ioannitæ Hoſpitalarii Rhodum occuparunt, ex eo tempore Equites Rhodii adpellati, antequam amiſſa Rhodo, a Malta, quam nunc colunt, Maltenſes dicerentur: Teutonici, qui etiam Crucigeri dicuntur, in Germaniam redierunt, vbi adhuc ſuum Magiſtrum habent: Templarii pridem ab ipſis Chriſtianis exſtincti ſunt, cum deſertæ religionis ſuſpecti fuiſſent. *Theodor. Adumæus commentatione ad Fontani Bellum Rhod.*

nectute graues controuerſiæ cum [a] nepote ANDRONICO fuere, de imperio atrociter litigante, a quo etiam adactus fuit, vt monachus moreretur. Nepotem, cum aliquamdiu ſolus imperaſſet, excepit CANTACVZENVS, tutor [b] Ioannis Palæologi, in illud tempus incidens, quo mira incrementa capiebat Turcorum potentia. [c] OTMAN



*a* Andronici ſenioris filius Michael II exſtinctus eſt ante patrem relicto filio Andronico II, qui auo imperium auferre maluit, quam ex illius more exſpectare. De diſcordiis aui & nepotis Gregoras lib. 8 & 9 legatur.

*b* Ioannes hic filius erat Andronici iunioris, qui adultior factus Cantacuzenum, ex tutore iam imperatorem, bello petiuit, quo varie tracto pertæſus tandem rerum Cantacuzenus monachi habitu induto totum ſe ſcribendis hiſtoriis dedit. *Mart. Hanke part. 1. c. 36 Script. Byz.*

*c* Otman & Oſman, pro diuerſa litteræ Arabicæ pronunciatione. Burſam ſiue Pruſiam cepit CIↃCCCXXIV. *Scalig.*

enim domus regnatricis [a] fundator Pruſiam ceperat, vt regia eſſet Turcorum: filius ORCHANES [b] Niceam expugnauerat: nepos SOLEIMAN [c] ſubegerat Callipolin Cherſoneſi, vt tanquam ex arce & ſpecula toti Thraciæ inſidiari poſſet. Sed hic eadem cum patre tempeſtate exſtinctus reliquit regnum fratri AMVRADI, qui ab IOANNE Palæologo, Andronici iunioris filio, in [d] ſocietatem admiſſus perpulchram invenit opprimendæ Europæ occaſionem, nec Bulgaros ſolum & Seruos adflixit grauiter, ſed regni quoque ſedem, quæ Pruſiæ adhuc fuerat, Hadri-

*a* Chalcocondyles lib. 1. fol. 9 ed. Pariſ. & Annales Turc. a Io. Bapt. Podeſta latine verſi cap. 2

*b* regnante Andronico iuniore. *Gregoras lib. 9 cap. penult.*

*c* Podeſta Annal. Turc. cap. 3 extremo. Capta autem anno CIↃCCLVI, *Scalig.*

*d* Occaſione rebellium vtriusque regis filiorum, in Europa aduerſus parentes ſe munientium. *Chalcocondyl. lib. 1 f. 19.*

[a]Hadrianopoli fixam conſtituit. Sero pœnituit imperatorem ſocietatis, & in Italiam Galliamque profectus, pro auxilio, quod petierat,[b] captivitatem invenit, æris alieni cauſſa apud Venetos retentus: nec filius ANDRONICVS III de liberando patre cogitauit, a quo luminum vſu, ſed leuius, ob [c] rebellionem multatus fuerat. Auxit Turcorum res Græcorum diſcordia, quam [d] aluit BAIAZETES, vt omnes ſub iugum redigeret. Etenim Andronicum adiuuit, vt patri, [e] Emanuelis filii ope liberato, imperium auferret, & cum fratre in cuſtodiam daret. EMANVEL autem e cuſtodia elapſus fratrem, [f] eiusdem Turci

 ope,

*a* Annales. Turc. cap. 4

*b* Laonic. Chalcocondyles ſub fin. lib. 1.

*c* de qua modo diximus cum Amuradis filio conſpiraſſe.

*d* De artibus Baiazetis Chalcocondyles lib. 2 f. 32. ſeq.

*e* Idem lib. 1. ſub finem.

*f* Baiazetis. Omnem hiſtoriam fuſius perſequitur Chalcocondyles lib. 2

ope, de ſolio rurſus deiecit, vere precarius imperator, qui a nutu Turcorum pendebat, ingens illis tributum & bellorum ſocietatem, pollicitus. Cum vero graue iugum non ferret Emanuel, Græciam Baiazetes ſubiugabat, longius progreſſurus, niſi nuncius adlatus fuiſſet, Sigismundum Vngariæ regem cum magnis copiis in Mœſiam aduentare. Adcurrit ergo tyrannus, [a] vincit Sigismundum ad Nicopolim, Mœſiæ propter Danubium vrbem, & elatior victoria factus, Conſtantinopolim [b] decennii obſidione, clauſit, & citra dubium cepiſſet tandem, niſi ſingulari fato Scytharum Perſarumque rex [c] TIMVRI (vulgo Tamer-

a Laonicus Chalcocondyles lib. 2 f. 39 & Bonfinius Rer. Vng. dec. 3. lib. 2 & ann. CIↃCCCXCVI P. Lang. Chron. Ciz. p. 845.

b Hæc ex fide Laonici fol. 43, qui μακρὰν πολιορκίαν ἐπὶ ἔτη δέκα vocat.

c Qui *Tamerlanes* vulgo, Arabibus eſt *Timuri*, Laonico, ὁ Τεμήρης, Ducæ Michaelis nepo-

Tamerlanes eſt in [a] Armeniam & Cappadociam irruptionem feciſſet, cui obuiam factus Baiazetes tanta clade proſternitur ad [b] Ancyram Galatiæ oppidum, vt ipſe non ſolum captus & [c] clathris ferreis incluſus, ſed de Turcorum etiam rebus de-

 ſpe-

nepoti ὁ Τεμὺρ. Sedem regiam habuit Samarcandæ in Vsbek ſiue veteri Sogdiana.

*a* Euocatus erat Tamerlanes ab Aſiæ ducibus, quibus ſua Baiazetes eripuerat. *Chalcocondyl. 2.*

*b* Οὔγκραν τῆς Φρυγίας vocat Laonicus lib. 3. f. 81: Annales Turc. *Ankurian.*: clariſſime Ducas Michaelis nepos Hiſt. Byz. cap. 16, Baiazetes προσήγγισε τοῖς μέρεσι Γαλατίας ἔμαθεν ὅτι Τεμὺρ ἐν Αγκύρᾳ τῇ πόλει πληκέυων ἦν.

*c* Satis liberaliter primum habitus fuit a Tamerlane Baiazetes. Nam dicitur illum ψυχαγωγήσας καὶ παρηγορήσας, *miti ſermone conſolatus eſſe*, quod Ducas Michaelis refert cap. 16. Poſtea læſus ab illo verbis inſolentibus, iisdem clathris eum cinxit, quibus ipſe Tamerlanem, ſi cepiſſet, ſe incluſurum fuiſſe dixerat Sic ſecurius cuſtoditus, altero anno vitam mœrore finiuit. *Bœcler. Diſſert. de Timuri.*

ſperatum ſit penitus. Victor Tamerlanes Aſiam ad mare [a] Ægæum vſque, deinde Syriam & circumiacentes regiones ſubegit. Tandem orbis terror vel [b] intemperantia, vel [c] hiemali expeditione, ſub ſæculi, quod proxime ſequetur, initium, exſpirauit. Mentione facta Vngariæ regni, quod in obſcuris adhuc relictum fuerat: eius originem breuiter indicamus. Vngros, Scythicam gentem, circa Danubium conſediſſe, aliquoties a nobis prædictum fuit. His duces erant, vſque ad [d] STEPHANVM, primum regem & chriſtianum, cuius propterea nomen ſacroſanctum genti Vngarorum eſt. Succeſſores habuit [e] Petrum,

*a* Non enim Pruſiam ſolum, ſed etiam Smyrnam expugnauit. *Ducas cap.* 17. *Laonic. lib.* 3.

*b* Ita Laon. Chalcocondyles lib. 3. extremo.

*c* Lege Bœcleri laudatam diſſertationem.

*d* Tvvroczius chron. Vng. part. 2. cap. 27. Mortuus eſt Stephanus anno CIↃXXXVIII cum regnaſſet annos XXXVII.

*e* Idem a cap. 34

trum, Belas, Salomonem, Geizas, Stephanos, Ladislaos, Andreas, pleroſque Germanici imperii clientes, ſed a Tartaris haud ſemel grauiſſime vexatos. [a] ANDREAM II cum peregrinatio Hieroſolymitana belli ſacri temporibus; tum filia S. Eliſabetha, Ludouico Thuringo locata, ceteris nobiliorem fecit, cuius ſucceſſores ad WENCESLAVM Bohœmum fuerunt Bela IV, Stephanus V, Ladislaus IV, Andreas III. [b] Wenceslao autem propter diſſidia in Bohœmiam recedente, alii [c] Ottonem Bauarum; alii Carolum, Galliæ regis filium, ſibi regem crearunt. Ottone a Tranſiluanis oppreſſo, [d] CAROLVS firmauit auxitque regnum, filioque [e] LVDOVICO reliquit, qui



*a* Idem cap. 72. 73.

*b* Idem Thvvroczius part. 2. cap. 85

*c* Idem cap. 87

*d* Idem cap. 90 ſeqq.

*e* Ibidem parte 3 cap. 1 ſeq.

[a]Poloniæ regno ſimul præfuit, a Caſimiro auunculo, vltimo Piaſtorum, adoptatus. Ludouici filia Hedwigis Iagelloni Lithuano regnum Poloniæ: [b] Maria, oppreſſo, qui contra illam electus fuerat, CAROLO Paruo, Neapolitano rege, SIGISMVNDO Vngariam nuptiarum iure attulit. In Germania Alberto HENRICVS Luzzenburgicus ſucceſſit, poſtea monachi [c] veneno inter auguſtiſſima ſacra ſublatus: huic LVDOVICVS Bauarus, victor [d] FRIDERI-

DERI-

a Guagninus in Sarmatia pag. 18. Anno CIↃCCLXX factus eſt rex Poloniæ, cum Vngariæ iam XXVIII annos præfuiſſet: mortuus anno CIↃCCCLXXXII

b Thvvroczius parte 4 cap. 1. ſeqq.

c Bernhardus Politanus, Prædicatorii ordinis monachus, venenata ſacramenti hoſtia fortiſſimum imperatorem, in Italia apud Senas necaſſe dicitur. *Auentin, lib. 6. f. 598. Trithem. chron. Hirſaug. ad ann.* CIↃCCCXIII, *& Kranz. Sax. 9. 7. Alb. Argentor. p. 110.*

d Trithemius chr. Hirſaug. ad annum huius ſæculi XIIII, XV, XVI, XVIII. Auentinus

tinus

DERICI Auſtriaci quem alii elegerant, ſed ipſe per XXXIII annos (totidem imperauit) a tribus [a] pontificibus vexatus, quamquam nec his quidquam ceſſit, ſed ad extremam vitam imperii iura [b] fortiter defendit. Diſpar anteceſſori CAROLVS IV, Ioannis Bohœmiæ regis filius, non ſine multorum [c] diſſenſu electus, auctor quidem [d] Bullæ Aureæ, ſed redituum iuriumque imperii non diligens conſeruator. Vt



tinus lib. 7. p. 600. Fuit Fridericus Alberti Imperatoris filius.

*a* Idem ad annum CIↃCCCXXIIII & ſeqq. Auentinus lib. 7. p. *608* ſeq.

*b* Conuentibus habitis, viriſque diuini humanique iuris peritiſſimis conſultis, qui etiam pro cæſare contra Pontificem ſcripſerunt.

*c* Tres Carolo eligendo opponebantur, *Eduardus* rex Angliæ; *Fridericus* marchio Miſniæ, & *Guntherus* comes Schvvartzburgicus. *Auentin.* 7. p. *634*. & Hiſt. Landgr. Thur. apud Piſtor. T. 1. p. *941*

*d* quæ leges fundamentales, maxime de imperatore eligendo continet.

enim filium[a] WENCESLAVM ſucceſſorem relinqueret, vix magnis largitionibus in pontifices & electores perfecit, vrbes, vectigalia, reditus offerendo, ſi pecunia promiſſa non ſufficeret. Potitus filius imperio cum detrimento reipublicæ, etiam ſine aliquo gloriæ fructu, quia cum illud indigne vſurpaſſet, procerum conſenſu[b] abrogatus[c] FRIDERICVM Brunſuicenſem, aut hoc ſtatim in publica via occiſo, [d] RVPERTVM Palatinum in faſtigio vidit, vnde ipſe per ignauiam exciderat. Hiſpaniæ reges pergebant Saracenos vincere, qui quo anguſtius in Bætica continebantur, eo firmius communierant, quod ſolum ſuperat, regnum Granatenſe, vnde vt

a Auentinus 7. p. 639.

b Diploma exauctorationis eſt apud Goldaſtum T. 1. p. 379 & ſumma eius apud Trithem. chron. Sponhem. ad annum CIↃCCC

c Kranzius Saxon. lib. 10. 19. & Metrop. lib. 11. c. 2. Serarius Hiſt. Mogunt. lib. 5. p. 868.

d Kranzius c. l. Trithem. chr. Spanhem. c. l.

vt penitus eiicerentur, huius ætatis fata non conceſſerunt, Chriſtianis inter ſe, Aragonios puta & Caſtellanos,[a] bellum ciuile gerentibus.[b] Sardiniam tamen, quæ ad Piſanos defecerat, ad Aragonios reduxit ALFONSVS, Iacobi II, cui poſtea ſucceſſit, ſecundo genitus filius: & Portugalli, vt regni ſui limites proferrent, in Africa[c] res gerere cœperunt Ioanne notho regnante; & in Atlantico mari[d] nouas inſulas inueſtigare, ſicut inclinato ſæculo nobilis Venetus,[e] Antonius Zeni, Americam ſeptentrionalem in litoribus; & ſub



*a* Ioann. Mariana lib. 17

*b* Lucius Marineus lib. II. p. 395

*c* Ioannes Petri nothus filius Septam Africæ ciuitatem, Mauris ademtam, Luſitanis dedit. *Vaſæus cap.* 19

*d* Franciſcus Tarapha ad annum CIↃCCLXXVII qui *Maderam* inter alias nunc inuentam commendat.

*e* Operoſus in hoc declarando eſt Vitalis Terra Roſſa, Parmenſis, in *Reflesſioni Geografiche*, ante paucos annos Paduæ impreſſis, parte I.

finem ſæculi præcedentis Marcus Paullus Venetus Orientis & auſtri regiones incognitas antea, luſtraſſe perhibentur. Franciæ occidentali per XXX huius ſæculi annos coniuncta [a] Nauarra fuit poſſidentibus vtrumque regnum Philippi Pulchri tribus filiis, LVDOVICO Hutino, & poſt eum PHILIPPO Longo, & tandem CAROLO Pulchro, quibus ſine virili prole defunctis Ioanna Ludovici Hutini filia ad PHILIPPVM, Aureliæ comitem, Nauarrenum regnum transtulit, a quo vterque CAROLVS, filius & nepos, acceperunt: quod nepotis filia Blanca rurſus ſequenti ſæculo ad Aragonios portavit Ioanni nupta, patri regis Ferdinandi Catholici. Ceteri in Francia reges, PHILIPPVS Valeſius, Philippi Pulchri fratre Carolo, Valeſio comite, genitus: IOANNES frater Phi-

a Quæ de Nauarrena ſucceſſione traduntur ex Franciſci Taraphæ narratione ſunt, quam in Sanctio II profert ad annum CIƆLXXIIII p. 696

Philippi: CAROLVS V ſiue Sapiens, & CAROLVS VI, annos XX in hoc totidem aut plures in altero ſæculo regnans. Inprimis Philipporum, Pulchri & Valeſii, hiſtoria memorabilis eſt. Pulcher enim papam Bonifacium VIII, qui Ludouicum IX conſecrauerat, Anagniæ [a] capi & abduci iuſſit, anathematis fulmen vinculis & armis retundens, & [b] Clementi V perſuaſit, vt apoſtolicam ſedem Roma Auenionem transferret, vbi vltra annos LXX ſub quinque ſucceſſoribus permanſit; Valeſius autem [c] Delphinatum, partem Are-

*a* Dominicus Tempeſta in vita Bonifacii. Paul. Langius chr. Ciz. ad ann. CIↃCCCIII

*b* Gallus natione ex Vaſconibus fuit, & Philippi regis auxilio pontificatum adeptus anno CIↃCCCV, quod etiam ſedem in fauorem regis, & vt tutior a Gibellinis eſſet, tranſtulit. *Domin. Tempeſta, & Chron. Hirſaug.*

*c* Æmilius Veronenſis lib 9. *Humbertus, Delphinatium princeps, dolore amiſſi vnici filii ſtatuebat cœnobio Prædicatorum ſe ſacrare,*

Arelatenſis regni, ea lege ab Humberto comite accepit, vt primogenito regis Franciæ filio ſemper cederet Delphinatus, isque inde DELPHINVS adpellaretur. Sub Carolo VI [a] Leo rex Armeniæ, a Turcis expulſus, in Galliam venit auxilium petiturus, quod vt validius eſſet, in Angliam nauigauit, vt pace inter reges conciliata vtriusque copiis coniunctis reduceretur. Sed ſpe fruſtratus rediit in Galliam, noua bellorum cauſa auxilium impedien-

*re, dominatumque ſuum, cuius caput eſt Vienna Allobrogum, eccleſiæ ac pontificibus non magno precio addicere: gentis autem nobilitas regum, quam pontificum ſigna ſequi maluit. Placuit, filii regum, & quisque in proximam ſpem regni ſuſcepti eſſent, DELPHINI vocarentur; iuraque Delphinatibus redderent.*

[a] Io. Tilius chron. regum Franc. ad annum CIↃCCCLXXXV. Chriſtianorum autem in Armenia regnum etiam a Sanuto Torſello memoratur lib. 3. part. 12. c. 4. & part. 13 c. 6, quo etiam pars Chriſtianorum, cum Palæſtina eiicerentur, confugit, vt ſupra diximus.

diente. EADWARDVS III enim qui ſecundo & primo huius nominis ſucceſſerat, genitus Iſabella, filia Philippi Pulchri, regis Galliarum, Carolo Pulchro ſine filiis decedente, [a] nomen & inſignia regni Francorum vſurpauerat, quod nec ſucceſſor RICHARDVS II neglexit, quæ origo tituli eſt ad noſtram memoriam permanentis. Etiam huic ætati originem debet [b] Heluetiorum libertas, in quam ſe Auſtriacorum iugo preſſi adſeruerunt, ſocietatem XIII pagorum, non vno quidem tempore, religione ſacramenti ineuntes.

Eccleſiam pontificum [c] ſchiſma & vibrata in reges ac imperatores excommunicationis tela lacerarunt. Gregorio enim XI Auenione Romam, in veterem ſedem, regreſſo, Galli renuentes papæ Italo parere, alium

a Boxhornius Hiſt. vniuerſal. pag. 847

b vide Chronol. Heluet. Suizeri.

c Schiſma hoc accurate ſcribit Theodorus a Niem, libro de Schiſmate.

alium pontificem Auenione ſtatuerunt, qui æque ac Romanus ſucceſſores ad Conſtantienſe vſque concilium habuit. Non potuit non ſcindi eccleſia, [a]aliis Romanum, [b]aliis Auenionenſem, [c]multis etiam neutrum papam ſequentibus. In tantis tenebris lux clara emerſit, maiori, auorum memoria orituræ, haud vano augurio proludens. [d]Waldenſes enim, cœleſtem veritatem dudum in Gallia profeſſi, in Angliam & Bohœmiam diuinum lumen

*a* Italis, Germanis, *Polonis.*

*b* Gallis, Hiſpanis, Britannis.

*c* vt rex Aragoniæ, aliique duces & comites, quibus ſe Carolus VI rex Franciæ aliquando adiunxit. *Horn. Hiſt. eccleſ.*

*d* VValdenſium origo ad ſæculum XII pertinet, quo *Petrus VValdo*, ciuis Lugdunenſis, in veritatis profeſſione ſectatores habere cœpit, a quo *VValdenſes & Pauperes de Lugduno* adpellati ſunt, etiam ab oppido Albi in Toloſano agro, *Albigenſes.* ſed tum ſcintilla erat: nunc lux clarior effulget & radios longius diffundit. *Philipp. Mornay Hiſt. Pap. & Boxhorn. Hiſt. vniuerſ.*

men diffuderunt. Horum enim diſcipulus [a] Wiclefus fuit, in Oxonienſi ſchola publice papam antichriſtum adpellans, eaque de cauſſa ab Richardo II eiectus, plures in Bohœmia, quo diſceſſit, ſectatores invenit. Academiæ nunc multæ condebantur, Aureliani, Ferraræ, Piſæ, Andegaui, Heidelbergæ, Vindebonæ, Pragæ, Senæ, Cracouiæ, Erfurti, quæ documento ſunt cupidum litterarum hoc æuum fuiſſe, etſi perpauci eſſent, qui vere illas & ſcite perdocerent. Theologiam noua ſecta ſcholaſticorum, a Ioanne [b] Scoto nomen trahentium, fatigabat: nec Durandus, Occam & horum æquales plus lucis adferebant, [c] Nicolao

a De VViclefo lege Knygthoni Hiſt. Angl. lib. 5, & Mornay Hiſt. Pap. p. 1077

b Ioannes Duns, natione Scotus, pater Scotiſtarum, circa initum XIIII ſæculi.

c Nicolaus de Lyra, ex Iudæo Chriſtianus monachus, præter alia gloſſas ſcripſit in vniuerſam S. Scripturam.

colao Lyrano & [a] Ioanni Taulero, illi ſcripturarum interpreti, huic pietatis commendatori, publicæ vtilitatis gloria cedentes. Bartolus & Baldus, vt ferebant tempora, ius confuſe docebant: poeſis prima fuit ex humanitatis ſtudiis, quæ inter barbariei caliginem eluceret, auctore [b] Dante Aligherio, aut potius Franciſco Petrarcha, cuius ingenium, præſertim his temporibus, mirandum erat, cum priora ſæcula vix vnum & alterum mediocris notæ poetam, [c] Guntherum forſan aliquem, aut [d] Guilelmum Britonem protu-

lis-

a Io. Taulerus, piiſſimus concionator eccleſiæ Argentoratenſis.

b De Dante Aligherio, Florentino poeta, & de Petrarcha Picus Mirandulanus epiſt. 3. conſulatur. Patrio autem ſermone magis, quam Latino, clarus fuit Aligherius, quæ cauſſa eſt, cur Petrarchæ prima gloria ab aliis deferatur.

c Guntherus Friderico I æqualis, cuius res ſcripſit carmine, cui nomen *Ligurino* eſt.

d Guil. Brito Aremoricus Philippi Auguſti Adeodati res geſtas ſcripſit XII libris *Philippidos*, quos Barthius illuſtrauit.

liſſent. Acceſſit Manuel [a] Chryſoloras, Græcæ linguæ in Occidente phoſphorus, quam imperatoris legatione defunctus, in Italia Romæ, Venetiis, Florentiæ, & Ticini multo cum ſucceſſu docuit. Rarum ingenium vel in ipſa Græcia, quæ hoc ævo non plures habuit, quos poſteritati oſtenderet, quam Nicephoros duos, [b] Gregoram ciuilium rerum; &

*a* Manuel Chryſoloras ab Ioanne Palæologo, Andronici iunioris filio ad Europæ principes auxilii contra Turcos implorandi cauſſa miſſus, abſoluta peregrinatione in Italia ſubſiſtit, cum ſæculum hoc ad finem declinaret. Ex ſchola eius clariſſimi viri prodierunt, Leonardus Aretinus, Franciſcus Barbarus, Franciſcus Philelphus, Baptiſta Guarinus, & Poggius. *Lambec. Tom. VI Biblioth. Vindeb. p. 276*, qui iconem eius adfert cum epigraphe

F. MANVEL CHRYSOLORAS
GRAMM. GRAECVS,

*Patria Roma Noua eſt; Vetus altera patria Roma:*
*In Latium per me Græcia docta venis.*

*b* Nicephorus Gregoras a Theodoro Laſcari ſeniore vſque ad Andronici Palæologi iunioris obitum res perſequitur.

& [a] Calliſtum, eccleſiaſticarum ſcriptorem; & [b] IoanemCantacuzenum, ex imperatore hiſtoricum: ſaltem plurium monumenta ad noſtram ætatem non transmiſit. Nec in Occidente erant, qui hiſtorias conſingnarent, præter paucos, in quibus [c] Siffridus eſt, Miſnenſis presbyter, cuius ſæpenumero vſi fide ſumus. Paucitatem ſcribentium aliarum rerum inuentores penſant, vt [d] pyxidis nauticæ in Italia; [e] pulueris pyrii & bombardarum in noſtra Germania; vt de repertis [f] vltra Oceanum

*a* Nicephorus Calliſtus Hiſtorias eccleſiaſticas Euſebii, Socratis, Philoſtorgii aliorumque compilauit, fabulis quoque ſæpenumero admixtis.

*b* grauiſſimus rerum ſcriptor, quibus ipſe maiorem partem præfuerat, vt tutor Andronici, dein vt collega & imperator.

*c* Perduxit annales ab anno CCCCLVIII ad annum CIↃCCCVII.

*d* Guido Pancirollus de Repertis tit. 11. Ciuis Melphitanus fuit inuentor.

*e* ibidem tit. 18. Monachus fuiſſe fertur, qui reperit. *Camerar. Hor. Subciſ.* 28.

*f* vide ſupra pag. 173

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0196-8

num terris nihil repetamus: periit contra [a] templariorum ordo, durius in eos cenſente [b] Viennenſi concilio, cuius decreto bona illorum confiſcata, ipſique atrociter ad vnum omnes interfecti ſunt.

## SAECVLVM XV
### CHRISTIANORVM.

Filiorum Tamerlanis [c] diſcordia accidit, vt ſubiugati populi ſenſim deficerent, in primis Turci potentiam priſtinam & nominis famam recuperarent. Eccleſiæ res erant adflictiſſimæ, & in peius ſemper ruebant, quo plura ab Romanis præſulibus concilia congregabantur. Piſano tolli pontificum ſchiſma non potu-

a De hoc diximus in adnotatis ad pag. 162. adde Acta Concil. Vienn.

b Sub Clemente v, primo Auenionenſi papa, habitum concilium CCC epiſcoporum, quo de bello ſacro, de reformatione eccleſiæ, & de excidio Templariorum actum fuit. Deleti ſunt anno CIↃCCCXI.

c Chalcocondyles lib. 3 exeunte.

potuit, [a] duobus quamlibet exauctoratis: [b] Conſtantienſi ſublatum quidem ſchiſma [c] tribus deiectis, qui vitio creati cenſebantur; læſa tamen imperatoris fides, & Ioannes Huſſus purioris doctrinæ inſtaurator, contra [d] fidem datam damnatus & combuſtus eſt, quo ſupplicii genere eodem in loco etiam [e] Hieronymus Pra-

a Gregorio XII, Romano; & Benedicto XIII Auenionenſi deiectis, vnus Alexander V tollendum ſchiſma creatus eſt, qui toti eccleſiæ præeſſet. Cum vero exauctorati nollent cedere, auctum eſt ſchiſma, & triceps facta eccleſia. *Acta Concil.* & *Niem.* Piſis autem concilium coactum fuit anno CIↃCCCCIX

b Cogi cœpit anno CIↃCCCCXIII

c Gregorio, vetere Romano, Benedicto Auenionenſi, & Ioanne XXIII, qui mortuo Alexandro V ſucceſſerat. Suffectus eſt, redintegrato ſchiſmate, Martinus V.

d Fide publica Huſſo ab imperatore Sigiſmundo cautum fuiſſe notiſſimum eſt: ſed tum peſſima nata eſt opinio, *hæreticis fidem ſeruandam non eſſe.*

e De eruditione, conſtantia & ſupplicio Hieronymi lectu digniſſima eſt epiſtola Poggii

Pragenſis, Huſſi amicus & collega, altero anno periit: Baſileenſi [a] novum ſchiſma factum, & Felix V Eugenio IIII oppoſitus: Florentino, cui IOANNES II Palæologus cum [b] patriarcha interfuit, tentata quidem fuit [c] concordia inter Græcos & Latinos, imperatore auxilii ſpe, contra Turcos impetrandi, largiter [d] concedente: ſed in irritum reciderunt omnia, Marco, Epheſino epi-



gii Florentini, qui concilio interfuit, ad Leonardum Aretinum.

*a* Acta Concilii & Vitæ horum pontificum. Ibi diſputari cœpit, *concilium ſupra papam eſſe.*

*b* Patriarcha mortuus in concilio. *Ducas Mich. cap.* 31

*c* Idem c. l. & Chalcocondyles lib. 6 p. 155. Difficultatem conciliationi in limine attulit papæ ſuperbia, pedum exoſculationem rigide a Græcis poſtulantis. Vide Acta concilii Græca, quæ Mornæus ex bibliotheca regia ſuæ Hiſtoriæ Pap. p. 1221 inſeruit.

*d* Etiam de ſymboli additamento καὶ υἱοῦ, conuentum eſt, ſolo Marco Epheſino reclamante, *Ducas Michaelis cap.* 31

ſcopo, fortisſime tam in concilio, (ſed tum ſolus erat) quam cum plurimis, cum domum rediiſſent, renitente, etiam illos, qui in ſynodo ſubſcripſerant, ſubeunte [a] pœnitentia. [b] Beſſarion tumultu præuiſo in Italia manſit cardinalis dignitatem adeptus. Deſperatæ tum res Græcorum erant, quibus [c] Baiazetes, Manuele expulſo, IOANNEM, filium Andronici III, præfecerat, Manu-

a Quærentibus ciuibus Conſtantinopolitanis, quid concilio pro Græcis effectum fuerit; responderunt, πεπϱάκαμεν τὴν πίστιν ἡμῶν, *fidem noſtram precio vendidimus*. Ducas Mich. c. l.

b Beſſarion, Nicenus archiepiſcopus patria Trapezuntius, ab Eugenio IIII Florentiæ cardinalis creatus, ex præcipuis inſtauratoribus litterarum in Occidente fuit, doctorum vndique ad ipſum confluentium patronus. *Lambec. Tom.* VI *Biblioth. Vindeb. p. 274*, vbi icon exhibetur, cui ſubſcriptum eſt.

*Græcia me genuit: fouet Italis ora, galero*
*Roma colit. Vita ſum Numa, & arte Plato.*

c Turbata heic eſt Græcorum hiſtoria. Secu-
ti

nuele interea in Italiam & Galliam auxilii petendi cauſſa, excurrente, & cum nihil impetraſſet, redeunte ad priuatam vitam. Turcorum res poſt Baiazetis cladem reſtituebat filius MOHAMMED I, & poſt hunc nepos MVRAD ſiue AMVRADES II, Græcis ea cauſſa offenſus, quod a partibus [a] Muſtapharum patrui & fratris, qui regnum ambiebant, non occulte ſtetiſſent. Hic [b] Senderouiam, Seruiæ

 caput,

ti ſumus Ducam Michaelis cap.14. ſeq. Phranzes contra lib. 1. cap. 20 Ioannem a patruo ſuo Manuele in Italiam diſcedente rebus Conſtantinopoleos adminiſtrandis præfectum fuiſſe refert, non autem a Baiazete Sultano in ſolium imperatorium collocatum. Laonicus omnia confuſe lib. 2. deſcribit. *Iſmael Bullialdus Notis ad Ducæ c. 14. p. 229.*

a Muſtapha patruus, fictus & mentitus erat, vero huius nomine Baiazetis filio acie pridem interfecto: frater autem erat genuinus. *Chalcocond. l. 5. ineunte, & p.* 124. & *Leunclav. Pandect. c.* 64

b Poſt multam oppugnationem deditione capta fuit. *Chalcocond. lib.* 5. *f.* 131

caput, vi & armis expugnauit, Taurunum vero, ferme iam captum, deſerere coactus eſt, [a] Hunniadis etiam virtute non ſemel prælio victus. Igitur pace cum Vladislao facta, in Aſiam contra [b] Carmanum, Turcicas prouincias infeſtantem profectus, perfidia Hungariæ regis, qui bellum [c] contra fœdus renouabat, reuocatus eſt, & ad [d] Varnam acerrime pugnando ita attriuit Chriſtianorum copias, vt triſti documento omnibus fuerint, nunquam fidem impune frangi. Victor in Græciam regreſſus omnia ſibi ſubiiciebat, nec quidquam reliquum

*a* Idem lib. 5 & 6

*b* Ciliciæ deſpotam.

*c* Legatus Pontificius (Iulianus cardinalis) Pannones ad bellum contra Turcos cohortabatur, & ὅρκον, ὅς μέγιστος ἦν αὐτοῖς ἐν ταῖς σπονδαῖς, ἐλύσατο ἐπιτροπῇ τοῦ ἀρχιερέως, *iuſiurandum, quod maximum erat in fœdere, ex Pontificis mandato ſolbebat*. Chalcocondyl. lib 6. extr.

*d* Varnenſe prœlium ſcripſit idem Chalcocondyles lib. 6. ineunte.

liquum feciſſet, niſi [a] SCANDERBEGI virtus moræ & impedimento fuiſſet. Is filius erat Epirotæ principis, obſes Turcis datus, & invitis parentibus Mohamedana religione imbutus. Poſt hæc exercitui præfectus potentiam Turcorum incredibili felicitate augebat. Tandem memor chriſtianæ originis & auitæ libertatis in bello adverſus Hunniadem fugam ſimulans, paternum munimentum Croiam arte & dolo recuperauit. Vnde per XXIIII annos Macedoniam Epirum, & Illyrici partem feliciter rexit, & contra Turcorum incurſiones fortiſſime defendit. Sed cum vita Scanderbegi ipſum quoque regnum eius exſtinctum fuit. Inter hæc Amuradi filius MOHAM-



a Georgius Caſtriotus a Turcis propter felicitatem bellicam *Scanderberg*, hoc eſt Alexander Magnus adpellatus eſt eius res geſtas attingit Chalcondyles lib. 7; fuſius narrat Marinus Barletius libris XIII, a quo Boxhornius mutuatus eſt.

MEDII ſucceſſit, natus in excidium chriſtiani Græcorum imperii. Etenim [a] Conſtantinopoli expugnata CONSTANTINVM Palæologum, vltimum imperatorem, obtruncauit, & orientale imperium, ab Romano auulſum, Turcorum ſubiecit poteſtati. Supereat Trapezuntinum regnum, cui præfuit id temporis DAVID COMNENVS, ſubnixus adfinitate Vſumcaſani, Armeniæ & Cappadociæ domini, cui [b] conſobrinam in matrimonium dederat. Verum Sinope capta, munitiſſima huius regionis vrbe, Vſumcaſano ad [c] pacis fœdera compulſo, ipſam Trape-

zun-

a Expugnationem anno CIↃCCCCLIII factam deſcribunt Laonicus lib. 8 & Ducas cap. 39

b Idem Laonicus lib. 9.

c Ita Laonicus idem f. 261; matre Vſumcaſani pacem impetrante: at annales Turcici acie victum Vſumcaſanum referunt cap. 11

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0204-8

zuntem potius [a] minis & fraudibus, quam vi & armis ad deditionem coegit, & regem Dauidem cum liberis in Europam abductum crudeli ſupplicio adfecit. [b] Turcus eodem victoriæ curſu Ciliciam ſubegit, ac Lesbo, Lemno & Eubœa inſulis potitus, ipſam Italiam, [c] Hydrunte expugnata, terrore oppleuit, &

 plu-

*a* Ita Ducæ hiſtoria Byzantina cap. 45. at ſuburbia incenſa ab hoſte fuiſſe tradit Chalcocondyles lib. 9 f. 262, in ceteris Ducæ conſentiens: ſed Boxhornius p. 1003 Annales Perſicos citat, qui terra marique infeſtiſſime oppugnatam Trapezuntem dicunt.

*b* Chalcocondyles lib. 9 p. 264 ſeq.

*c* Tangunt obſidionem annales Turcici tam Io. Baptiſtæ Podeſta cap. 11 extr. quam Leunclauii num. 152. & Aemil. Veron. l. 10. p. 443: copioſius illam deſcribit Bonfinius Hiſt. Vng. dec. 4 lib. 6 p. 616. Capta autem fuit an. CIƆCCCCLXXXV, ſequenti anno recuperata ab Alphonſo Calabriæ duce auſpiciis Ferdinandi, Neapolitani regis, auxilio Matthiæ regis Vngariæ, qui ſocero Ferdinando MM validiſſimorum equitum ſubmiſit. *Bonfin. c. l. p. 617.*

pluribus [a] caſtellis Hungariæ euerſis [b] Moldauiam quoque, fuſo Waiwodæ exercitu, vaſtauit, maiora mala Chriſtianis illaturus, niſi repentina morte ad Nicodemiam præuentus eſſet. Sic mirum in modum creuit Turcorum potentia, maius inſequenti ſæculo incrementum acceptura. Ne tamen illa immodica fieret, Deo bene iuuante Venetorum respublica non mediocriter obſtitit, de cuius origine ſupra diximus, nunc pauca de creſcente potentia & geſtis rebus addemus. [c] Hunnici belli temporibus orta, ita proximo & ſequente creuit ſæculo, vt poſthac cum [d] Pipino, Francorum rege, bello decertare, & ſuam libertatem contra quoscunque tueri potuerit, [e] Saracenos

a Annales Turc. a Podeſta verſi c.l.
b ibidem.
c vide ſupra pag. 45
d Sabellicus. Hiſt. Ven. decad. 1. lib. 2
e Idem Sabellicus lib 3. p.38 quamuis tum ſunt a Mauris victi navali prœlio.

cenos quoque Mauros, qui Italiæ partem tenebant, haud verita adgredi & Italia exterminare. Hanc libertatem imperatores Carolus & Nicephorus [a] confirmarunt, rempublicam Venetam eximentes, cum de imperii diuiſione tranſigerent. Inprimis auctæ ſunt Venetorum res ſacro, quod dicitur, bello, quo non ſolum mercatura orientalis ſtabilita fuit, ſed plurimæ etiam Ægæi maris [b] inſulæ cum Creta & Corcyra iisdem ſunt occupatæ, tanquam præmium [c] bis captæ Conſtantinopoleos & imperii Græcorum ad Latinos translati. [d] Peloponneſi etiam partem tenebant, &



*a* Idem Sabellicus decad. 1. lib. 2. pag. 22.

*b* Idem dec. 1 lib 8 p. 134

*c* primum pro Alexio puero reſtituendo: deinde pro vlciſcendo eodem, interfecto Murzufli fraude. Vide initium ſæculi XIII

*d* Cum Turci ſubegiſſent Conſtantinopolitanum imperium, Veneti Peloponneſi vrbes & portus ſibi vindicarunt. *Idem Sabell. dec. 3. lib. 8.*

Cyprum [a] hereditate nacti, non minus in Occidente valuerunt, Dalmatiæ plurimum, etiam Italiæ transpadanæ in ditionem ſuam redigentes, & [b] Genuenſis belli non infelices tandem victores. Sic viribus aucta Venetorum reſpublica moræ ſæpe & impedimento fuit claſſe inſtructiſſima, ne nimium excreſceret Turcorum potentia, nec tantum in [c] mari eosdem ſæpe-

nume-

a Vltimus rex Cypri Iacobus duxerat Cornarii Veneti filiam, quam ſenatus vt reipublicæ filiam adoptauerat. Defuncto ergo ſine liberis rege, Veneti reginam vt ſuam tutabantur & illius iure ſibi inſulam ſubiiciebant, qua etiam per LXXX annos vſi ſunt. *Sabellic. decad. 3. lib, 9.*

b Genuenſes de maris dominio diu cum Venetis certauerunt. Ortum bellum ex Ptolemaide in ſacra expeditione, & ancipiti fortuna longiſſime tractum fuit. *Sabellic. dec. 1. lib 10 & decad. 2.*

c qualis fuit illa celebris in Ionio mari victoria Petro Zeno duce, de qua Boxhornius Hiſt. vniu. p. 859 circa annum CIƆCCCXLVI, & alterum prœlium ad Callipolim commiſſum, ſcriptore Duca Michaelis Hiſt. Byz. cap. 21 p. 61

numero verum etiam[a] terreſtribus prœliis aliquoties vicit, quamuis non paruis interdum cladibus adfecta & ſecuturo ſæculo multis inſulis & portubus ſpolianda. His temporibus Vngariæ quoque reges Turcorum vires non modicum cohibuerunt. [b] ALBERTO enim Sigismundi genero, qui ſucceſſerat [c] VLADISLAVS Polonus, inter medias regni turbas, Ioannis [d] Hunniadis virtute obtinuit, vt Amura-



a quale geminum prœlium fuit ad Neapolim Peloponneſi, quod ſcripſit Sabellicus dec. 3. lib. 8

b Albertus Auſtriacus breue tempus regnauit, relinquens vxorem prægnantem. *Thbbroczius part. 14. cap. 25. ſeq.*

c regis Caſimiri frater, poſtea ſucceſſor. *ibidem cap. 31*

d Ibidem cap. 36 ſeq. Integre adpellatur *Ioannes Coruinus de Hunniad.* Aiunt enim ex antiquis Romanorum *Coruinis* genus ſuum duxiſſe. Pater pagum VValachiæ *Corbinum* poſſederat, quod nomen ex colonia Romanorum ſupereſt. *Bonf... decad. 3. lib. 9. p. 514.*

des [a] pacem vltro peteret, qua etiam rex frui diutius potuiſſet, niſi papæ conſiliis rupti fœderis pœnam ſua ſuorumque clade apud [b] Varnam luiſſet. Nec infelicior fuit Hunniades, cum [c] pro Alberti filio LADISLAO regnum adminiſtraret, biennio exſtinctus ante regem LADISLAVM, cui [d] MATTHIAS Coruinus ſucceſſit, non minor bellis [e] Turcicis, quam pater fuerat Ioan-

a idem c. l. cap.41

b Diximus ſupra pag. 187

c Albertus imperator & rex Vngariæ ac Bohœmiæ poſthumum reliquit Ladislaum, quem infantia coronatum mater cum corona ad Fridericum III in Auſtriam ſubduxit, Vladislao Polono interea Pannonibus imperitante: quo ad Varnam cæſo Ioannes Coruinus, cognomine Hunniades, fit gubernator regni. *Thbbrocz. part.4.c.29 & 44*

d filius Ioannis Coruini Hunniadis. *Bonfin. dec.3.lib.8.9.*

e Raſciam, & Boſniam, & huius caput Iayczam, quæ Stephano rege fraude oppreſſo, Turci occupauerant, recepit Matthias multorum prœliorum contra Turcos victor. *Bonfin. extrema decade 3.*

annes: [a] Auſtriaca etiam victoria longe clariſſimus. Cum hoc videtur felicitas Vngariæ exſpiraſſe. Succeſſor enim VLADISLAVS II, rex Bohœmiæ, nihil contra Turcos geſſit: filii [b] LVDOVICI II clades Mohazienſis multas calamitates regno intulit, quæ vero, vt alio ſæculo acciderunt, ad illius expoſitionem reſeruantur. Poloniæ regnum cum Vngarico coniunctum in Ludouico fuiſſe, [c] ſupra memorauimus. [d] IAGELLO, Ludouici gener, Lithuaniam adiecit, Vngaria autem caruit: rurſus Iagellonis

*a* Totam pœne Auſtriam Friderico III eripuit Coruinus, captis vrbibus potioribus, Vienna, Neapoli, & aliis, quas Maximilianus recuperauit. *Bonſin. dec. 4 lib. 6. 8 & 10.*

*b* Obiit Matthias anno CIↃCCCCXC. Inteſtinum bellum ex ſucceſſione ortum reſedit electo Vladislao Bohœmo, *Bonſin. dec. 4. lib. 8* & *9.*

*c* vide pag. 169.

*d* ibidem p. 170. Hic Iagello Lithuanus dux, cum ſacro baptiſmate ablueretur, adpellatus eſt Vladiſlaus. *Guagninus in Sarmatia p. 18*

nis filius[a] VLADISLAVS Vngaricum regnum Polonico coniunxit, MCCCCXXXIIII patri defuncto ſuccedens; poſt triennium Sigismundo (qui & imperator fuit & Bohœmiæ rex) in regno Vngarico. Hoc ad Varnam cæſo, poſt[b] interregnum breue & cum Boleslao contentiones CASIMIRVS, Iagellonis alter filius, regno Poloniæ potitus eſt, quem tres filii, alter poſt alterum, in proximum vſque æuum ſecuti ſunt[c] IOANNES ALBERTVS ab anno MCCCCXCII vſque in annum MDI; & [d] ALEXAN-

a Idem Guagninus pag. 19. *Præfuit* autem Poloniæ regno decem, Vngariæ, quatuor annis.

b Triennium caruit Polonia rege, & anno CIↃCCCCXLVII Caſimirus ſucceſſit Vladislao, qui CIↃCCCCXLIIII ad Varnam cæſus fuerat. Mortuus Caſimirus anno CIↃCCCCXC. *Guagnin.*

c Guagninus c. l.

d Quatuor annos, octo menſes Guagninus Alexandro tribuit pag. 21. Alii aliter an-

ANDER: cui SIGISMVNDVS ſuffectus eſt, pater SIGISMVNDI AVGVSTI, in quo familia Iagellonidarum [a] defecit, in locum peregrinis ſuccedentibus. Sed miſſis, quæ aliorum temporum ſunt, ad noſtrum ſæculum, cui deſtinata enarratio eſt recurrimus. In Germania RVPERTO, ſub finem ſæculi ſuperioris creato, ſucceſſit poſt decennium SIGISMVNDVS, Caroli IIII filius, Vngariæ rex & Bohœmiæ, in tollendo pontificum ſchiſmate [b] laborioſus, cuius tamen gloriam Huſſi ſupplicium fracta fide, quæ publice data fuerat, & antehac, cum Vngariæ rex eſſet, [c] clades ad Nicopolim non leuiter maculauit. Ab huius exceſſu, (in annum MCCCCXXXVII inciderat) fixam

nos numerant. Frater Sigiſmundus, Alexandri ſucceſſor obiit MCCCCXLVIII.

a Mortuus Sigiſmundus an. MCCCCLXXII *Guagn.*

b concilio præſertim Conſtantienſi.

c vide ſupra pag. 166

fixam imperii ſedem in domo Auſtriaca propitium fatum conſtituit & ad noſtra tempora ſine interruptione perduxit. Nam ALBERTVS Auſtriacus, Sigiſmundi gener, Germaniæ, Bohœmiæ, & Vngariæ rex, a biennio fratrem ſuum FRIDERICVM III ſucceſſorem per LIII annos raro exemplo habuit, Vngarorum bellis [a] infeſtatum, quorum pupillum regem Ladislaum educauerat. Patri MCCCCXCIII ſucceſſit [b] MAXIMILIANVS filius in incrementum domus Auſtriacæ natus, qui Burgundiam & Belgicas prouincias nuptiis [c] Mariæ, vnicæ heredis, adquiſivit,

a A Coruinis, Matthia præſertim, qui fere omnem Auſtriam expugnauit. Cauſſa belli, quod regina puerum Ladislaum cum corona regni Viennam ad Fridericum abduxerat. *Thvrocz.part.4.cap.29.*

b Cuſpinianus in Cæſ.p.485.

c Maria filia Caroli Burgundi, qui prœlio ad ad Nancium, contra Heluetios commiſſo, ceciderat. Ex Maria genuit Philippum, Fer-

vit, filioque per nuptias filiæ Ferdinandi Catholici ad ampliſſimam hereditatem iter, a poſteris (nam fata Philippum eripiebant) magno cum fructu poſſidendam parauit. Nam Hiſpania omnis Chriſtianorum in IIII regna diuiſa erat, Navarrenum, Aragonium, Caſtellanum & Portugallicum. Nauarræ & Aragonum reges [a] ſupra vſque ad IOANNEM, Ferdinandi Catholici patrem, deduximus, qui anno MCCCCLXXIX deceſſit. FERDINANDVS autem patre ſuperſtite duxit [b] Iſabellam, HENRICI IIII regis Caſtellani ſororem, quem anno MCCCCLXXVII exſtinctum in Caſtellæ & Legionis regno ſecutus eſt vxorio iure, & poſt paullo a Ioanne patre relicta Aragoniæ & Siciliæ

Ferdinandi Catholici generum, patrem Caroli V. *Cuſpinian. c. l.*

[a] vide pag. 174 & infra Tabulam regum Navarr. & Aragon.

[b] Adi Vaſæum. Soror erat: ſed per ætatem putabatur filia. *Taræpha p. 737.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0215-9

ciliæ regna accepit, non autem Nauarræ, quod etiam pater ex [a]Blancæ matrimonio poſſederat. Id enim per filiam Leonoram [b]GASTONO, comiti Foxano ceſſit, qui vero [c] vix guſtatum nepoti PHOEBO reliquit, a quo ſoror Catharina acceptum [d]IOANNI Albreto dotali iure attulit, cui [e]papa Iulius II, vt ſocio Ludouici Galli, ademit, & Ferdinando, iam tum IIII aut V regnorum poſſeſſori, poſt initium ſequentis ſæculi adiudicauit. Nam etiam [f] Granatenſe regnum Saracenis

*a* Diximus ibidem pag.174

*b* Hæc Franciſcus Tarapha in Henrico IIII p.738 copioſius enarrat.

*c* XV tantum diebus regno vſus. *Vaſæus cap.* 17. Quapropter in ſerie regnum Nauarræ non ponitur ab omnibus Gaſtonus. *Tarapha c.l.*

*d* Idem Tarapha c.l.

*e* Arnoldus Ferronus in Ludouico XII. Sed hoc in alio ſæculo factum. nam Iulius anno CIↃIↃIII pontifex maximus renunciatus eſt.

*f* Lucius Marineus lib.20 extremo, & Carolus

cenis eripuerat, quod vltimum fuerat barbarorum in Hiſpania, [a] *Catholici* cognomen inde ſibi & poſteris adeptus, eiectis Mauris & Iudæis, qui nollent Chriſtum confiteri. Sic auctus regnis Hiſpaniarum ſe regem vocari iuſſit, vetereſque tituli Caſtellæ, Legionis & Aragoniæ ſenſim euanuerunt. Sola Portugallia intra veteris Hiſpaniæ fines Ferdinando non parebat, per hoc ſæculum ab IOANNE, de quo [b] prædiximus, & EDVARDO recta; cui ALFONSVS V ſucceſſit, [c] Africani cognomine, perinde ac Scipiones,

lus Verardus libro ſingulari de Expugnatione Granatæ. Capta eſt Granata anno CIↃCCCCXCII

a Duardus Nonius cenſura 65, *Summi pontificis & patrum decreto ob Granatam debellatam adpellatus eſt Catholicus.*

b pag. 173. Regnauit Ioannes annos quinquaginta: mortuus CIↃCCCCXXXIII

c Vaſæus cap. 19. *Africani titulum meruit, multis magniſque in Africa victoriis potitus.* Regnauit ab anno XXXVIII huius ſæculi ad LXXXI

ones, ex victoriis dignus. Hunc excepit IOANNES II, & ſub finem ſæculi EMANVEL, nepos Eduardi, Saracenorum exterminator, vterque nauigationibus felix, quibus fines regni longiſſime ſunt propagati. Ioannis enim auſpiciis ditiſſimum regnum [a] Congi inuentum fuit & christianis ſacris initiatum: ſub Emanuele Luſitani extremum Africæ [b] promontorium, cui a Bona Spe nomen dederunt, præteruecti, feliciter viam ſibi in Indi-

*a* Reſendius Antiquit. Luſit. lib. 2

*b* Iam tum ſub Ioanne II Æthiopiæ litora claſſis perluſtrans, in promontorium illud inciderat, cuius flexu explorato rex lætiſſimus, ex ſpe Indiæ adeundæ *Bonæ ſpei* promontorium vocari iuſſit. Sed fato præuentus Indicam & Perſicam nauigationem ſucceſſori reliquit, qui anno anno CIↃCCCCXCV inauguratus eſt: & Indicum mare primus claſſe tentauit CIↃCCCCXCVII. Braſiliæ quoque litora manifeſtata ſub eodem. *Duard. Nonius Genealog. Reg. Portug.* in Ioanne II & Emanuele.

Indiam orientalem aperuerunt, qua Venetorum diuitiæ non mediocriter acciſæ ſunt, qui ſoli adhuc merces Indicas ex Perſia in Europam exportauerant. Felicior Ferdinandus erat & Iſabella, quorum ſumtu & auſpiciis Chriſtophorus [a]Columbus, Genuenſis ciuis, vltra Atlanticum mare inſulas Hiſpaniolam, Cubam, & proximas iteratis curſibus detexit, quod alios, præſertim Veſpucium Americum invitauit, vt vlteriora ſcrutarentur, & vaſtiſſimum illum orbem Americanum inuenirent, quamquam non tam ingenium ſuum Columbus aut helicen & cynoſuram cœli ſecutus videatur, quam Martini Behaimi, ex Bohœmia Crumlauienſis, antiquiorem præcurſionem. Is enim ab Iſabella, Ioannis I Luſitaniæ regis filia, quæ poſt mortem mariti (Philippus III Burgundus erat)

[a] Proſtant narrationes Oroſii, Petri Ciezæ & aliorum, quos excerpſit Boxhornius.

erat) Belgicis prouinciis imperitabat,[a] nauem impetrauit, qua ducem genium ſuum ſecutus, ignota maria & intentata vada ſcrutaretur. Nec modo[b] Fagalem inſulam, quam primus inuenit, aut alias circumiectas, quas Aſores, ab accipitrum multitudine Luſitani, noſtri Flandricas a Behaimi comitibus nominant, perluſtrandas ſibi cenſuit, verum etiam in auſtrum magis & magis progreſſus vſque ad [c] vltimum fretum, quod Ferdinandus Magellanus, huius ductum ſe-

a Hæc tam ex membranis, quam ex Riccioli & Benzoni verbis grauiter & ornate, vt omnia ſolet, Io. Chr. VVagenſeil enarrat oratione parentali Georgio Friderico Behaimo CIƆIƆLXXXII dicata.

b id eſt fago arbore abundantem.

c Hieronymus Benzonus (Tom. IIII Americæ Theodori de Bry) *Magellanus*, inquit, *fretum illic eſſe norat, quia, vt fertur, in charta marina adnotatum viderat, deſcripta ab inſigni quodam nauclero, cui nomen Martinus Bohemus, quam Luſitaniæ rex in ſuo muſeo adſeruabat.*

ſecutus, pertranſiit, & de ſuo id nomine adpellauit. Sic [a] maiora alia, alia clariora ſunt, nec Martini huius nomen tantopere celebratur quanto Columbi, Americi, aut Magellani, quamuis merito ſuo his tribus ſit præferendum. Sed ſatis de Hiſpania, quæ viris pœne exhauriri cœpit, ingenti vi Iudæorum vna cum Mauris proſcripta, qui Africam petierunt, pars Græciam & Orientem, ſub alio etiam cœlo [b] Hiſpanici ſermonis non obliuioſi cuſtodes. Galliæ ſtatus turbatior erat, nec minus Angliæ. [c] Diximus litem inter has gentes de ſucceſſione ortam, quæ & ſuperiori ſæculo in ingens bellum erupit, quo [d] captus rex IOANNES, Phi-

*a* Plini verba lib.3.epiſt.16

*b* Richardus Simon ad R. Leonis Mutinenſis libellum de Ritibus & moribus Iudæorum.

*c* Supra pag. 176

*d* Paullus Aemilius in Ioanne : & Tilius in chron.

Philippi Valeſii filius: & proximo æuo non minori contentione exercitata fuit. HENRICVS enim VI rex Angliæ cum duce Burgundo ita adflixit CAROLVM VII, Caroli VI in Gallis ſucceſſorem, vt omnem pœne regionem eripuerit, etiam Lutetiæ Pariſiorum [a] rex Galliæ ſolenniter crearetur. Illo bello Lotharingia [b] puella, ſub patre oues paſcere ſolita, Aurelianum obſidione liberans, initium ſalutis fuiſſe perhibetur. Eodem anno regnare cœperant Henricus VI, in Anglia, & in Gallia Carolus VII, eodem etiam vterque anno, videlicet MCCCCLXI, in viuis eſſe deſiit. Succeſſorem habuit Henricus in Anglia EDWARDVM IIII, qui

chron. reg. Franc. Quinquennium autem in cuſtodia ſeruatus fuit, cum captus eſſet prope Pictonum vrbem.

*a* Henricus VI, rex Anglus, coronatur Lutetiæ Pariſiorum, & rex Franciæ proclamatur anno CIↃCCCCXXXII, *Tilius Chron.*

*b* Lotharingiæ puellæ hiſtoriam habet Aemilius Veronenſis lib. 10. p. 407.

qui ſororis marito Carolo Audaci, Burgundiæ duci, contra LVDOVICVM XI exercitum miſit, & eodem [a] anno MCCCCLXXXIII, quo Ludouicus ille, mortalitatem expleuit. Succeſſit in Anglia EDWARDVS V, & poſt duos menſes RICHARDVS III, & poſt biennium HENRICVS VII; in Gallia Ludouico XI filius CAROLVS VIII, qui [b] Annam Britanniæ Minoris heredem Maximiliano ſponſo eripuit, etiam Neapolitanum regnum, armis adquiſiuit, ſed breui poſt tempore [c] amiſit, vltimus directæ Valeſiorum ſtirpis, exſtinctus MCCCCXCVIII, quem Ludouicus XII excepit, Italico bello & propter illud pontificis anathemate non ignotus. Ingenti motu Italiam tum pontificum ſchiſma, tum Neapolitana ſucceſſio & Mediolanenſis

K con-

a vid. Boxhorn. Hiſt. vniu. p. 1015

b Tilius chron. ad annum CIↃCCCCLXXXIX

c vt mox in Neapolitana hiſtoria dicemus.

concuſſerunt. De ſchiſmate antehac dictum eſt: Neapolitanum regnum abruptum erat a Siculo, & per Ioannem, [a] ROBERTI regis neptem, [b] ANDREAE, Vngariæ regis fratri, collatum, quem [c] vxor ſceleſta peremit, vt LVDOVICO Tarentino nuberet. Ludouicus autem Vngariæ rex fratris necem vlturus [d] CAROLVM, ducem Dyrrachi-

a Robertus ſuperiori ſæculo circa annum CIƆCCCXLVI exſtinctus eſt, cum Ludouicus, Petri filius, regnaret in Sicilia. *Fazell. dec. 2. lib. 9. cap. 5*

b Andreas filium Caroli regis Vngariæ, frater vterinus Ludouici Vngariæ & Poloniæ regis, a Thvvroczio part. 3. cap. 13 vocatur *rex Hieroſolymæ & Siciliæ*: erat autem tantummodo *Neapolitanus*, Ludouico, Petri filio, Siciliæ imperante, quocum paciſcebatur Ioanna de ſeparandis Siculo & Neapolitano regnis adprobante pactum pontifice. *Fazell. c. l.*

c Mich. Ritius lib. 3 Reg. Neap. *Virum Andream apud Atellam, quæ nunc Auerſa dicitur, ſuſpendio tollendum curauit.*

d Inſtigante Vrbano VI, pontifice Romano. Carolus rex creatus anno CIƆCCCLXXXI. *Ritius c. l.*

chinum, contra Ioannem regem confirmat, qui in Vngariæ poſtea regno ipſi Ludouico [a] ſucceſſit, cuius (Caroli) filius LADISLAVS, rex Neapolitanus, heredem ſororem reliquit Ioannam II, ſed nuptiis eius non erat, quod [b] IACOBVS Bourbonius gauderet, mox a Sfortia pellendus ita, vt religionem & monachi habitum cum regno commutaret. Ioanna vt rebus ſe turbatiſſimis eripiat, [c] ALFONSVM, Aragoniæ & Siciliæ regem, heredem ſcribit, mox mutata ſententia [d] LVDOVICVM Andegauenſem, qui regni ius RENATO fratri relinquit, quem Alfonſus obſeſſum ad [e] deditionem compulit, miti victoria in ipſum & ſectatores vſus. Sic cum Sicilia



a Mariæ reginæ virgini, quæ Sigismundo poſtea nupſit, a proceribus oppoſitus.

b Iacobus Marchiæ comes, ex familia Bourbonum. *Ritius.*

c Ritius c.l. & Fazellus lib. 9. cap. 3

d ibidem

e Ritius lib. 3 extremo.

Neapolitanum regnum rurſus coniunctum fuit anno chriſtianæ ſalutis MCCCCXLII, ſed poſt mortem Alfonſi denuo ſeiungendum. Huic enim in Aragoniæ & Siciliæ regnis IOANNES frater ſucceſſit, pater Ferdinandi Catholici: at in Neapolitano filius nothus [a] FERDINANDVS, antea dux Calabriæ, qui anno MCCCCXCII decedens ex vita ALFONSO filio reliquit regnum, quem cum CAROLVS VIII rex Francorum, pepuliſſet, filium Alfonſi FERDINANDVM Ferdinandus Catholicus reſtituit, quo ſine liberis defuncto, FRIDERICVS prioris Ferdinandi filius, patruus noſtri, regno Neapolitano ſuccedit, quem Ferdinandus Catholicus & Ludouicus XII eiiciunt, vt regnum inter ſe diuidant. Intuta omnis ſocietas regnorum, & controuerſia de finibus orta,

a Hæc & quæ ſequuntur in Neapolitana hiſtoria, ex Ritii lib. 4 ſunt & Fazelli lib. 9 cap. 11 p. 550

orta, Ferdinandus Ludouicum ſuperauit, & expulſis Gallis toto regno Neapolitano potitus eſt, a quo tempore cum Sicilia & Sardinia, coniunctum manſit. Mediolanenſis turba ſub finem quidem XV ſæculi commota fuit, fortius autem in XVI agitata. Nam cum Galeatius, vicecomes Mediolanenſis, filium Philippum Mariam, & filiam Valentinam, quæ Ludouico Aurelianenſi nupſit, reliquiſſet, Philippus autem ſine prole legitima decederet; [a] lis orta eſt inter Ludouicum, Galliæ regem XII, heredem Aurelianenſis Ludouici; & Franciſcum Sfortiam, qui notham Philippi Mariæ filiam in matrimonio habebat. Pellebant Galli Sfortiam, Pontifex & Veneti Gallos, longiusque protracto bello Hiſpani quoque implicabantur, a quorum copi-

[a] Ferronus, Guicciardinus, & alii Gallici ſcriptores in Ludouico & Franciſco has turbas deſcripſerunt.

copiis Franciſcus rex apud Pauiam captus finem fecit controuerſiarum. Sfortia enim reſtitutus, morte ſuam DXXXV vacuam poſſeſſionem fecit, quam Carolus V, vt feudum imperii, Philippo filio dedit, quæ origo eſt Hiſpanici iuris in ducatum Mediolanenſem.

Nunc de aliarum quoque gentium regnis, quæ clariora hoc ſæculo facta ſunt, dicendum perbreuiter eſt. Scotia ſuos IACOBOS laudat I, II, III in hoc; IIII & V in proximo ſæculo. Iacobi V filia [a] MARIA Franciſco II Galliæ regi nupſit, & ab huius morte HENRICO STVARTO, ex quo coniugio natus eſt Iacobus VI, in quo Angliæ & Scotiæ regna ſub Magnæ Britanniæ titulo coniuncta fuerunt. Sed hæc alio tempore geſta ſunt: nunc ſolum attingimus, quod XV ſæculo memorabile eſt. Dania [b] medio fere æuo,

a vide Scriptores rerum Britannicarum.
b anno CIↃCCCXLVII

æuo, ex Oldenburgica gente reges eligere cœpit CHRISTIANVM I, & IOANNEM filium eius, quod per ſecutura etiam tempora nunquam mutatum fuit. Sueciæ autem regnum antiquo æuo cum Danico coniunctum erat: hoc autem XV ſæculo ſuos ſibi vel duces vel reges legit, CAROLVM, STENONES, SVANTVM, quos Daniæ regibus ſine ſuffragio ſuo electis, opponeret, quamquam rurſus in CHRISTIANO II coniungebantur. Tandem etiam de Bohœmiæ regno perpauca dicemus. Sæculum prope XII erat, cum a Germaniæ regibus Bohœmorum duces in regium decus euecti ſunt, vti ab [a] Henrico IIII VRATISLAVS; a [b] Philippo PREMISLAVS, cuius familia in WENCESLAO, Rudolphi Habsburgenſis ex filia nepote, exſpirauit anno Chriſtianorum MCCCVII. A cuius



*a* Aeneas Siluius Hiſt. Bohœm. cap. 22

*b* Idem cap. 26. & Siffrid. ad ann. CIↃCCIIII.

cuius morte certauit de regno RVDOLPHVS, Alberti Auſtriaci filius, cum HENRICO duce Carinthiæ, quem motum partim mors Rudolphi, partim Henricus VII imperator diremit, qui, eiecto Carinthio, regnum filio ſuo [a] IOANNI dedit cui filius CAROLVS IIII imperator, & huic degener WENCESLAVS, & ab eius obitu SIGISMVNDVS frater, Vngariæ & Bohœmiæ rex, [b] Huſſitico bello vexatiſſimus, ſucceſſerunt. Vtrumque regnum etiam coniun-

ctum

a Henricus VII filio Ioanni VVenceslai ſororem iunxit & ſic matrimonii iure regnum inuaſit. *Æn. Silbius cap.* 31.

b Eccleſiam Bohœmicam a VValdenſibus aliquid lucis diuinæ accepiſſe, ſupra diximus. Huſſo autem & Hieronymo *Pragenſi* in Conſtantienſi concilio combuſtis libertatem conſcientiarum Bohœmi tutati ſunt duce Ioanne Ziska, multisque prœliis Sigiſmundum fatigarunt. Hoc *bellum Huſſiticum* eſt, de quo etiam Aen. Siluius a cap. 38 poteſt conſuli, quamquam is pro ſecta ſua acerbius in Bohœmos inuehatur.

ctum tenuerunt, qui proxime in Bohœmico ſequuntur [a] ALBERTVS gener Sigismundi, & [b] LADISLAVS, Alberti poſthumus, MCCCCLIIII, cum ex Gallia ſponſam exſpectaret, [c] ſubito exſtinctus. GEORGIVS Pogiebrachius ſoli Bohœmiæ præfuit: ſucceſſor VLADISLAVS, Caſimiri Poloni filius, etiam Vngariæ, cuius filius [d] LVDOVICVS ad Mohazium cæſus vtrumque Auſtriacis occupandum



a Albertus Rom. imperator & Vngariæ rex *Siluius cap.* 15.

b ibidem cap. 58. Interuenit in Vngariæ regno Vladislaus Polonus, antequam Ladislaus patri Alberto ſuccederet.

c non ſine ſuſpicione veneni Pragæ exſtinctus eſt. Suſpectus hoc nomine fuit Georgius Pogiebracius (alii Podiebradium & Poggiobrachium vocant) qui poſtea ſucceſſit *Bonfin. Hiſt. Vng. decad.* 3. *lib.* 8. *extr.* Huſſitis hoc veneficii crimen *Trithemius* imputat, *chron. Sponhem. ad ann.* CIↃCCCCLVII

d Vide, quæ ſupra in Vngaricis rebus ſcripta ſunt.

dum reliquit ex matrimonii iure, quod ſoror Ludouici cum Ferdinando I contraxerat. Hoc ſæculo cadebant litteræ in Oriente, ſurgebant ex diuturna barbarie in Occidente, doctiſſimo quoque Græcorum, vt Turcos euaderet, in Italiam confugiente. Præter Beſſarionem, quem ſupra laudauimus, huius ordinis fuerunt [a] Theodorus Gaza, Georgius Trapezuntius, Ioannes Argyropulus, Michael Marullus, Demetrius Chalcocondyles, Marcus Muſurus, & Ioan-

[a] Effigiem ſingulorum repræſentat Lambecius lib. 6. Biblioth. Vindeb. p. 274. deſumtas ex Paulli Iouii, Nucerni epiſcopi, muſeo. Gaza autem, vt ſubſcriptum eſt iconibus, fuit rhetor & grammaticus, Trapezuntius rhetor & philoſophus, cuius imagini hi verſus adiecti ſunt,

*Magnus Ariſtoteles loquitur quod in orbe latino.*

*Poſt Gazam meritum debet id omne mihi:*

Marullus poeta, Chalcocondyles grammaticus, Muſurus & Laſcaris philologi.

Ioannes Laſcaris. Qui manſere in Græcia, calamitates eius ſcripſerunt, [a] Laonicus Chalcocondyles, [b] Ducas Michaelis Ducæ nepos, & Georgius Phranza. Non ſegnis erat Italia, quæ horum induſtriam æmularetur, & latinas ſimul litteras ex tenebris, quibus immerſæ fuerant, ad priſtinum nitorem reuocaret. Laurentii Vallæ, Pomponii Læti, Ioannis [c] Pici Mirandulæ, Angeli Politiani, ac Hermolai Barbari, & Marſilii Ficini, Philippique Beroaldi, & Baptiſtæ Mantuani, M. Antonii Sabellici, & aliorum æterna nomina, horumque



a Laonicus hiſtoriam deduxit ad annum CIↃCCCCLXII

b Ducæ & Phranzæ vitas ſcripſit Martinus Hanckius de Script. Byzant.

c De huius conſummatiſſimi viri laudibus Epiſtolæ eiusdem, a nobis editæ, teſtantur. Addi poteſt Paullus Langius in Chron. Cizenſi pag. 885, vbi *diuini virum ingenii* & *pentaglotton* vocat, eiusque comites ſtudiorum, pleroſque ex epiſtolis notos, ſummis laudibus effert.

omnium communis patronus [a] Laurentius Medices, Florentinus princeps, illuſtri documento ſunt, quam cupida illa ætas fuerit optimarum litterarum, quantaque felicitate inſtaurauerit. Nondum Alpes elegantior Muſa transuolaverat, cum in Germania noſtra læto omine & auſpicio ars illa inueniretur, qua librorum codices facili labore & breui tempore in millenos aut plures multiplicari ad iuuandam rem litterariam poſſunt. Non ſecus autem quam de Homeri patria, de artis huius inuentione [b] ciuitates diſceptant, Argentina, Mogun-

a Hermolaus Barbarus ad Ioannem Picum Mirandulanum epiſtola (Mirandulanis ſubiecimus p.143) *Debent*, inquit, *Florentinis litteræ, & inter Florentinos Medicibus, & inter Medices Laurentio.*

b Iacobus Mentelius de Vera origine typographiæ ex annalibus reip. Argentoratenſis, gentili ſuo Ioanni Mentelio, ciui Argentoratenſi, primam inuentionem vindicat, cuius famulus, cui nomen *Gensfleiſch*

Moguntina, & Harlemenſis, quia plures ſemper expetunt, quod ſingularem laudem promeretur. Siue Mentelius eſt, ſiue Gutenbergius, ſiue alius inventor; plus commodi ingenio ſuo ad communem vtilitatem tulit, quam vel Columb9 aut Americus noui Orbis perueſtigatione. Certatim tum ſcholæ & academiæ initiabantur, accedentibus numero earum Herbipolenſi, Lipſienſi, Cadomenſi, Andreana Scotiæ, Lovanienſi, Friburgenſi, gripswalden-

*fleiſch* erat, arcanum Ioanni Gutenbergio, eiusdem ciuitatis aurifabro reuelaverit, & cum illo aufugerit Moguntiam, vt ibidem perficerent, quod alius ingenio excogitatum fuerat. Primis autem impreſſis libris non horum, qui pauperes erant, ſed vel Io. Fauſti, vel Scheferi, qui ſumtus ſuppeditabant, nomen refert præfixum fuiſſe. Contra Petrus Scriuerius, & Marc. *Zvver.* Boxhornius pro Harlemenſi inuentore pugnant. Vide Hiſt. Vniu. Boxh. p. 496 ſeq. & Scriverii ſingularem librum. Inuenta ars fuit circa medium fere ſæculi XV.

denſi, Baſileenſi, Conimbricenſi, Tübingenſi, Hafnienſi, Ingolſtadienſi, Moguntina, Vpſalienſi. Sic viam præparari oportuit diuinæ & cœleſti doctrinæ, quæ proximo ſæculo Europam, diſpulſis tenebris, illuſtratura erat, cui Ioannes Gerſon & Thomas Kempiſius, pietatis clariſſimæ theologi, his temporibus, quorum hiſtoriam finimus, auſpicatiſſime tum voce tum ſcriptis libris proluſerunt.

FINIS HISTORIAE MEDII AEVI.

HISTO-

# HISTORIA
## MEDII AEVI
## IN
# TABVLIS
## SYNOPTICIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0237-1

*Quædam Tabulæ deductæ ſunt vltra terminum ætatis mediæ ad noſtram vſque ætatem, quod connexio ita poſtulabat, ne pauci reges aut imperatores, ſæculi* XVI *aut* XVII, *a ſerie præcedentium abrumperentur.*

# IMPERATORES ROMANI

## SAECVLO IIII

| *Tranſalp.* | *Ital* | *Orient.* |
|---|---|---|
| CONSTANTINVS | MAXENTIVS | GALERIVS |

Victo Maxentio & mortuo Galerio

| *Occident.* | *Orientis* |
|---|---|
| CONSTANTINVS *idem.* | LICINIVS |

Debellato Licinio idem

CONSTANTINVS
*meritis in eccleſiam*
MAGNVS, ann. xxxi

| *Tranſalp.* | *Ital. & Afr.* | *Orient.* |
|---|---|---|
| CONSTANTINVS F. | CONSTANS | CONSTANTIVS |

& interfecto Conſtantino

| *Occident.* | *Orient.* |
|---|---|
| CONSTANS & hoc cæſo MAGNENTIVS | CONSTANTIVS |

idem CONSTANTIVS ſolus.

SAEC. IIII

IVLIANVS *apoſtata*,

IOVIANVS *Perſis cedens*

*Occident.* *Orient.*

VALENTI-NIANVS VALENS

*GRATIANVS & VALENTI-NIANVS II THEODOSIVS

MAXIMVS *Gratiani*;
EVGENIVS *Valentiniani*
percuſſores.

idem THEODOSIVS ſolus
cognomine MAGNVS
mortuus ann. CCCXCV

HONORIVS ARCADIVS

* Gratianus imperauit cum patre Valentiniano annos VIII, dies LXXXV; cum patruo & fratre III; cum eodem fratre & Theodoſio IIII. *Epitoma Victoris*.

# IMPERATORES

## SAECVLO V

| *Occident.* | *Orient.* |
|---|---|
| Honorius moritur anno CCCCXXII | Arcadius moritur anno CCCVIII |
| VALENTINIANVS III annos XXX | THEODOSIVS II annos XLII *Synodus Epheſin.* |
| MAXIMVS | MARCIANVS annos VII *Synodus Chalced.* |
| AVITVS | |
| MAIORIANVS | LEO magnus ann. XVII m. VI |
| SEVERVS | |
| ANTHEMIVS | |
| OLYBRIVS | |
| GLYCERIVS | |
| IVL. NEPOS | ZENO Iſauricus annos XVII |
| ROMVLVS AVGVSTVLVS Oreſtis fil. | |
| *Succedunt barbari* ODOACER & poſt hunc GOTHI | ANASTASIVS Dicorus, *Eytichianus.* anno CCCCXI |

# IMPERATORES ORIENTIS

## SAECVLO VI.

Anaſtaſius moritur ann. IↃXVIII

IVSTINVS Thrax annos IX.

IVSTINIANVS Magnus, *legiſlator, & Gothorum per Beliſarium victor.* annos XXXVIII

IVSTINVS II *Italiam a Iuſtiniano vindicatam rurſus amittit, inuadentibus Longobardis.* annos XIII.

TIBERIVS II annos IIII

MAVRICIVS *ſuis ſuorumque ſuppliciis infelix*, cæſus a Phoca anno IↃCII, cum imperaſſet ſolus a ſoceri morte XVI.

# IMPERATORES ORIENTIS SAECVLO VII

PHOCAS *Papæ fauet.* imperauit annos VIII

HERACLIVS *bellum gerit aduerſus Coſroem* II *Perſarum regem.* annos XXXII.

CONSTANTINVS filius Heraclii menſes IIII, & nouerca MARTINA menſes VI

CONSTANS Conſtantini filius, nepos Heraclii, *victus a Perſis.* annos XXVII.

CONSTANTINVS Pogonatus, *auctor Concilii* VI, *victor Saracenorum.* ann. XVII

IVSTINIANVS II ῥινότμητος, *auctor Synodi Quinoſextæ.*

LEONTIVS ſubuertit Iuſtinianum:

APSIMARVS Leontium.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0243-4

# IMPERATORES ORIENTIS SAECVLO VIII

Iuſtinianus ῥινότμητος anno ɪↃcciii reducitur, regnatque rurſus annos viii.

PHILIPPICVS Bardenes, expulſor Iuſtiniani, quem tertio anno pepulit.

ARTEMIVS, dictus Anaſtaſius, hunc

THEODOSIVS poſt xv menſes: hunc rurſus a biennio.

LEO Canon, Iſaurus, ann. xxiiii
CONSTANTINVS Copronymus, xxxiiii an.
LEO IV, Chazarus ann. v
} *iconomachi.*

IRENE Leonis vidua cum filio CONSTANTINO VII, εἰκονολατρεύσα ann. xvii cum filio; v ſola.

*Synodus Nicena* ii *pro imaginibus.*

# SAECVLO IX

| *Occident.* | *Orient.* |
| --- | --- |
| CAROLVS Magnus, an. XIII ab anno DCCC | NICEPHORVS ann. IX |
| | MICHAEL Rangabe, ann. II |
| LVDOVICVS Pius fil. ann. XXVII | LEO Armenius, ann. VII |
| | MICHAEL Balbus |
| | THEOPHIL9 fil. |
| LOTHARIVS Pii F. ann. XV | THEODORA cum fil. MICHAELE |
| LVDOVICVS II fil. ann. XX | BASILIVS Macedo, ann, XX |
| CAROL. Caluus | |
| LVDOVICVS Balb9 | |
| CAROL. Craſſus | LEO Philoſophus an. XXV ab an. DCCCLXXXVI |
| ARNVLFVS fil. Carolomanni. | |
| LVDOVICVS fil. Arnulphi extremo ſæculo. | |

## SAECVLO X.

| *Occident.* | *Orient.* |
|---|---|
| Ludouicus IIII in hoc ſæculo XII pæne annos ſuos expleuit. | ALEXANDER frat. ann. I |
| CONRADVS Francus ann. VIII | CONSTANTINVS Porphyrogennetus, fil. Leonis. |
| HENRICVS Auceps *Vandalor. victor* ann. XVII | |
| OTTO Magnus *victor Hunnorum.* ann. XXXVII | RONANVS Lacapenus. |
| | NICEPHORVS Phocas. |
| OTTO II ann. XI *repreſſor Gallorum.* | IOANNES Tzimiſca. *victor.* |
| | BASILIVS & CONSTANTINVS fratres |
| OTTO III, Puer, das Kind/ ad finem ſæculi annos XVII imperans. | |

# SAECVLO XI

*Occidentis*

HENRICVS Sanctus, ann. XXIII

CONRADVS Saliquus, ann. XV

HENRICVS III Niger, ann. XVII

HENRICVS IV, *tertii ſil. infelix* annos XLIX menſ. X

RVDOLFVS Suevus, *Henrici æmulus*

*Orient.*

CONSTANTINVS ſine fratre.

ROMANVS Argyropolus

MICHAEL Paphlago

MICHAEL Calaphates

CONSTANTINVS Monomachus

THEODORA Auguſta

MICHAEL Stratioticus

ISAACIVS Comnenus

CONSTANTINVS Ducas

ROMANVS Diogenes *a Turcis captus*

MICHAEL Ducæ fil.

NICEPHORVS Botoniates

ALEXIVS Comnenus ann. XXXVII

## SAECVLO XII

*Occident.*

HENRICVS V ann. XIX mort. MCXXV

LOTHARIVS Saxo, *vel potius* LVTHERVS ann. XIII

CONRADVS III *miles ſacer.* ann. XIIII

FRIDERICVS Barbaroſſa ann. XXVIII *perit in ſacra expeditione* an. MCLXXXIX

HENRICVS VI *fil. Friderici,* Aſper. ann. IX

PHILIPPVS & OTTO IV *æmuli*

*Orientis*

Alexius Comnenus XVII annos in hoc

IOANNES Comnenus frater ANNAE, quæ patris Alexii res ſcripſit. annos regn. XXIIII Dicitur & CALO IOANNES

MANVEL Comnenus, fil. ann. XXXVII

ANDRONICVS *necato pupillo Alexio*

ISAACIVS Angelus ann. IX

ALEXIVS Ducas *a Venetis eiectus*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0248-2

## SAECVLO XIII

| *Occident.* | *Orient.* |
|---|---|
| OTTO ſolus ex-ſtincto Philippo | ALEXIVS puer, *Venetorum ope* |
| FRIDERICVS II *frater Philippi* | MVRZVFLVS |
| | *BALDVINVS |
| | HENRICVS fr. |
| V Candidati | PETRVS Altiſiodo-renſis |
| | ROBERTVS |
| *Interregnum* | BALDVINVS II *vltimus Latinor.* |
| RVDOLFVS Habſpurgenſis, ab MCCLXXII, per ann. XVIII | MICHAEL Palæologus |
| ADOLFVS Naſſouius ann. VI | ANDRONICVS Palæologus ann. XLV |
| ALBERTVS Auſtriacus MCCXCVII | |

* Quinque Latinis a Balduino I ad Balduinum II opponuntur *Niceæ* Laſcarini, *Theodorus*, *Ioannes*, *Theodorus II*, quem *Michael Palæologus* excepit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528137-p0249-1

## SAECVLO XIIII

*Occident.*

HENRICVS Luzzelburg.

LVDOVICVS Bauarus ann. XXXIII. *Superat æmulum* FRIDERICVM, Alberti filium.

CAROLVS IV ann. XXXII. mor. MCCCLXXVII

WENCESLAVS ann. XXII. *abdicatur ſub finem ſæculi*, ſurrogatur

RVPERTVS.

*Orient.*

Andronicus etiam XXVII annos in hoc ſæculo imperauit

ANDRONICVS II Palæologus *nepos primi.*

CANTACVZENVS tutor Ioannis, poſt collega.

